

Édition des actes originaux de l'abbaye de Maizières, XII^e siècle

Coraline REY

Doctorante, UMR 6298 ARTéHIS, Université de Bourgogne

22/04/2015

Introduction

L'abbaye de Maizières, fille de La Ferté-sur-Grosne, se situe à 1,5 km à l'ouest de Saint-Loup-Géanges¹. L'abbaye a été fondée entre 1125 et 1132 par Foulques de Réon (ou Rion)², sur les ruines d'un ancien ermitage, près de la Dheune³.

À l'origine de cette modeste édition, l'ANR Charcis⁴. Ce projet a notamment pour but d'éditer des chartes cisterciennes du XII^e siècle, en revoyant les éditions anciennes, mais surtout en éditant des actes inédits, originaux ou copies. Dans un second temps, ces chartes sont intégrées dans la base de données *Chartae Galliae*⁵. L'accent ayant été mis sur les originaux, nous nous sommes rendus dans les dépôts d'archives de Saône-et-Loire et de Côte-d'Or afin de (re)trouver les actes encore conservés.

C'est dans cet esprit que nous livrons ici l'édition des chartes originales du XII^e siècle concernant l'abbaye de Maizières. Il s'agit donc des chartes encore conservées et de quelques copies modernes comprises dans les liasses. Bien qu'il existe un cartulaire de l'abbaye de Maizières, constitué au XVIII^e siècle et conservé à la Bibliothèque nationale, celui-ci a sciemment été mis de côté : le transcripteur a volontairement éliminé certaines parties des actes, parties lisibles ou non, sans que l'on comprenne sa logique puisque certaines parties du développement, comprenant les modalités de la transaction, ont ainsi disparu. De plus, le scribe n'a pas toujours indiqué ses élisions par des points de suspension. Ces élisions révèlent également les lacunes en latin de notre transcripteur : il a parfois éliminé certains mots ou groupes de mots, rendant incompréhensible le sens des phrases. Souvent, il a mal lu des mots, des noms propres de lieux ou de personnes. Cependant, ce cartulaire s'avère intéressant à deux points de vue : d'une part il nous apprend que les chartes étaient déjà en mauvais état au moment de sa rédaction puisque le scribe a indiqué, par des points de suspension, les parties manquantes des

¹ Saint-Loup-Géanges (anciennement Saint-Loup-de-la-Salle) : canton Gergy, arrondissement Chalon-sur-Saône, département Saône-et-Loire.

² Rion est aujourd'hui un hameau de Demigny (canton Gergy, arrondissement Chalon-sur-Saône, département Saône-et-Loire).

³ Rivière sortant de l'étang de Longpendu à Écuisses et se jetant dans la Saône, rive droite, à Allerey-sur-Saône (Rigault A., *Dictionnaire topographique du département de Saône-et-Loire*, p. 260 : <http://cths.fr/dico-topo/affiche-vedettes.php?cdep=71&cpage=260>).

⁴ Projet sur le site de l'Agence Nationale de la Recherche : [http://www.agence-nationale-recherche.fr/projet-anr/?tx_lwmsuivibilan_pi2\[CODE\]=ANR-12-CORP-0007](http://www.agence-nationale-recherche.fr/projet-anr/?tx_lwmsuivibilan_pi2[CODE]=ANR-12-CORP-0007) ; projet sur le site de l'Université de Strasbourg : <http://ea3400.unistra.fr/index.php?id=13765>.

⁵ <http://www.cn-telma.fr/chartae-galliae/index/>.

actes. D'autre part, il est intéressant de comparer le nombre d'actes du XII^e siècle aujourd'hui conservés à celui du XVIII^e siècle.

	Nb d'actes conservés	Nb d'actes conservés et copiés dans le cartulaire	Nb d'actes dans le cartulaire	Nb d'actes du cartulaire non retrouvés
	71	59	112	53
TOTAL	124 actes connus en originaux ou copiés dans le cartulaire			

Comparaison du nb d'actes du XII^e siècle originaux / cartulaire (sauf vidimus et copies modernes)⁶

Un comptage du nombre d'actes médiévaux a également été effectué, d'après le cartulaire du XVIII^e siècle. Voici une capture d'écran de la base de données « Inventaire des abbayes cisterciennes » en cours de constitution dans le cadre de l'ANR Charcis. À gauche se trouve le comptage des actes de l'abbaye de Maizières ; à droite se trouve le total des actes pour les abbayes de Maizières, de Cîteaux et du Miroir.

The screenshot shows a web interface with two columns of data. The left column lists the number of acts for the Abbey of Maizières by century, and the right column lists the total number of acts for three abbeys (Maizières, Cîteaux, and Miroir) by century. A total count is provided at the bottom of each column.

nb actes	Total nb actes
1	92
67	280
309	837
290	1069
261	794
245	802
234	890
309	979
Total nb actes par abbaye	Total général nb actes
1716	5743

nb d'actes / Commentaire
Comptage effectué d'après le cartulaire Paris, BNF, nouvelle acquisition française 8672-8681

Édition des actes originaux du XII^e siècle

Principes d'édition

Les actes sont tous inédits, transcrits par mes soins.

Les critères choisis pour la présentation de cette édition sont ceux présentés dans *Conseils pour l'édition des textes médiévaux*⁷. Cependant ils ont été quelque peu adaptés et simplifiés. Comme

⁶ Ces comptages sont indicatifs et demanderaient à être revus.

⁷ *Conseils pour l'édition des textes médiévaux*, 3 fascicules, 2001-2002.

les chartes étaient vouées à être insérées dans la base de données *Chartae galliae*, nous avons privilégié un texte le plus brut possible. Une ponctuation a été ajoutée seulement dans le cas où l'original présente déjà des signes de « ponctuation », ainsi que dans les énumérations. L'éventuelle mise en page des actes (sauts de lignes, letrines) n'est pas visuellement représentée, mais indiquée dans le texte entre crochets droits, ou dans la rubrique « Annotations ».

Rubriques renseignées dans la base de données :

Les données insérées dans les rubriques sont la plupart du temps reproduites telles quelles, notre but n'étant pas de refaire un travail de transcription et d'édition qui au départ a été prévu pour une base de données et une interrogation en ligne.

Comme il s'agissait d'un travail d'édition et non de recherche historique, les actes sans date sont datés par une fourchette chronologique parfois large.

Nous avons choisi de présenter les actes de manière chronologique. Les actes ont été pourvus d'un numéro d'ordre, mais, à terme, ils seront identifiés par leur numéro CBMA ou leur numéro *Chartae Galliae*.

L'analyse des actes a été mise en italique.

Suivent la tradition, qui se borne en général à la mention de l'original, le support de l'acte et ses dimensions, et la langue du texte. Les dimensions n'ont pas été données pour les actes sur papier.

En plus petit module, se trouve les mentions dorsales. Les mentions dorsales médiévales n'ont pas pu être systématiquement relevées, car elles sont souvent effacées, disparues, ou illisibles.

Vient ensuite la transcription du texte à proprement parler.

Enfin se trouvent les éventuelles annotations, en plus petit module.

Il faut également signaler que les actes sont parfois en mauvais état, souvent rongés. Le chartrier a en effet subi des dégâts avant le XVIII^e siècle. La plupart du temps, il ne s'agit que de quelques petits trous, empêchant la lecture de quelques mots. Bien souvent le cartulaire ne nous permet pas de combler ces lacunes, puisque confectionné postérieurement. Ces manques ont été indiqués par des points de suspension entre crochets droits.

Édition

1 1128-1156

Stephanus de Creteil et Guido de Sercy ont donné à l'abbaye de Maizières une terre située à Vaux près de Dracy afin de planter une vigne. Galterius, évêque de Chalon, confirme cette donation. D'autres confirment cette donation.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/20.

parcemin 290 x 220 à 255 mm

latin

Draciacum (XII^e siècle).

In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti notum sit sanctę ecclesię filiis presentibus et futuris quod Stephanus de Cristul et Guido de Serciaco pro remedio animarum suarum et omnium antecessorum ac puerorum suorum dederunt Deo et Sanctę Marię de

Maceriis et monachis eiusdem loci terram de Vallibus iuxta Draciacum ad vineam edificandam. Hoc donum laudavit et confirmavit diocesanus episcopus venerabilis scilicet Galterius Kabilonensis presul predicti Guidonis germanus. Huius rei testes sunt hi : Seguinus presbiter et Roclenus frater eius, Robertus de Draci, Harleius et Hugo Chrana. Notum sit Christi fidelibus tam futuris quam presentibus quod Robertus de Marneio cognomento Bulafins pro remedio anime sue et omnium antecessorum suorum dedit Deo et monachis Sancte Marię de Maceriis partem suam decimationis vinearum quas ipsi monachi edificarent vel acquirerent in parrochia de Draciaco. Hoc donum fecit ipse Robertus et filius eius Aymarus laudavit. Huius rei testes sunt hii : Seguinus presbiter de Draci, Guido de Marneio, Hugo Beraldus, Bernardus de Moneta. Hoc donum quoque predictus Aymarus post multas calumpnias et iniurias quas monachis intulit iterum laudavit in presentia Walterii Kabilonensis episcopi et Willermi abbatis de Maceriis. Huius rei testes sunt hii : Guido cantor Kabilonensis et Amicus clericus eius. Notum sit sancte ecclesie filiis presentibus et futuris quod Guido Balduinus dedit Deo et monachis Sancte Marię de Maseriis partem suam decimationis vinearum quas ipsi monachi plantarent et acquirerent in parrochia de Draciaco. Huius rei testes : Hugo dux Burgundie, Guido de Marneio quo agente et laudante actum est. Testes : Robertus de Marne, Seguinus presbiter et Roclenus frater eius, Willermus et Moyses monachi, Bernardus Rufus conversus. Hec omnia dona venerabilis Galterius Kabilonensis episcopus laudavit et sigillo suo confirmavit insuper et terciam partem predictę decimationis que sui iuris erat Deo et Sancte Marię de Maceriis et fratribus ibidem Christo servientibus devote et hilariter donavit. Huius rei testes : Guido canonicus de Fontanis et Hugo frater eius Bonefacius de Sancto Germano.

Annotations :

Réserves entre « hilariter donavit » et « Huius rei testes », et entre « Huius rei testes » et « Guido canonicus ».

Retour à la ligne après « Amicus clericus eius ».

Changement d'encre au cours de la rédaction.

2 1132-1200

Iofredus Albus et son épouse Buva ont donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Répant.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166.

parchemin 135 x 185 mm

latin

Notum sit omnibus quod Iofredus Albus et uxor eius Buva pro remedio animarum suarum et antecessorum suorum concesserunt et laudaverunt Deo et monachis Sancte Marię de Maceriis terram de Rispens quam monachi censualiter pro tribus solidis a Teberto Seimero habebant. Hoc tali pacto concesserunt quod si Tebertus vel heres eius monachis eandem terram garentire noluerit vel non potuerit et monachi alium garentitorem non habuerint predicto Iofredo idem census integer vel dimidium reddatur secundum quod casamentum in manus eius redierit totum scilicet vel dimidium et ipse [...] eis garentitor. Hoc autem casamentum totum sibi scambire si potuerit promisit idem Iofredus et totum monachis garentire. Ipsis etiam monachis dederunt Iofredus et predicta uxor eius quicquid habebant a rivulo de Vaclis usque ad Scoteriam sine ulla retentione et in bosco Duminiaci concesset eis omnes usus necessarios ad edificia scilicet domorum et ad pastionem porcorum et ceterorum pecorum. Sciendum quoque quod idem Iofredus dedit prefatis monachis quicquid habebat a barra de Mortois usque ad grangiam de Corcellis preter casamentum domine de Spina. Et ut hoc ratum permaneat iuravit idem Iofredus se hec omnia monachis garentire et pacem [...]ssores Hugonem Berordu et Guiardum fratrem

eius singulos [...] Petrus archipresbiter, Robertus de Milmanda, Stephanus de Cristul, Belinus de Capella, Robertus Turmals.

Annotations :

« Belinus de Capella, Robertus Turmals » rejeté sur la ligne en dessous.

Acte tâché dans sa partie basse, encre effacée. L'acte était déjà dans cet état au XVIII^e siècle, lors de la rédaction du cartulaire.

3

1145-1179

Guido de Vergy fait savoir qu'il a pris à ferme les pâtures situées à Échevronne au moment où il faisait une aumône à l'abbaye de Maizières, pâtures qu'il avait précédemment mis en gage auprès de l'évêque.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216.

parchemin 60 x 195 mm

latin

« Domini G de Verge pro pasturis de Heschaurona » (XII^e siècle).

Ego Guido de Vergeo omnes presens scriptum legentes vel audientes impressione sigilli mei certifico quod pasturas de Heschauronay quas in manu Eduensis episcopi pigneri supposueram quando monachis Masceriaram feci elemosinam de Bulleyo iam diu redemi. Hoc autem iccirco memorie tradere curavi ne predicti monachi Masceriaram quibus pasturas de Heschauronay dederam aliquod propter hoc impedimentum deinceps paciantur.

Annotations :

Gui II de Vergy est cité dans les actes de l'abbaye de Cîteaux de 1145 à 1179 environ.

4

1150-1200

Landricus de Beaune a donné à l'abbaye de Maizières son clos situé à Cissey.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 135.

parchemin 120 x 165 mm

latin

Landrici de Pomar (XII^e-XIII^e siècle), remployée en : Landrici de Pomar de clauso de Sisseio.

Notum sit sancte ecclesie filiis tam futuris quam presentibus quod Landricus de Belna pro remedio anime sue et omnium antecessorum suorum dedit Deo et monachis Sancte Marie de Maseriis clausum suum quod apud Sissiacum habebat sine ulla retentione post mortem suam et per singulos annos dum vixit dedit eis investituram. Huius rei testes : Lebaldu de Sancto Gervasio, Teobaldu de Castello Novo, Humbertus archipresbiter, Robertus nepos eius canonicus et Robertus famulus eiusdem Landrici. Hoc donum laudavit Johannes frater prefati Landrici et filii eius. Huius laudationis testes sunt hi : Rainaldu de Curbertau, Hugo de Verusia, Rainaldu Botuns.

5
1154

Guido de Vergy a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Bully, à Pernand, à Marey-lès-Fussey et à Magny-lès-Villers.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216. A'. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216. B. Copie 1670, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216.
parchemin 125 x 235 mm
latin

« Domini G de Verge pro elemosina in territorio Buliaci » (XII^e siècle).

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit sancte ecclesie filiis presentibus et futuris quod ego Guido de Vergiaco pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum dedi Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci quicquid habebam in territorio de Bulliaco et quicquid alius ibidem a me ipso tenebat et Odonem servientem meum de Pernant cum heredibus suis. Idem etiam Odo dedit Deo et prefatis monachis quicquid ibidem habebat in alodio et in casamento. Addidi quoque ego predictus Guido huic dono pascua de Pernant et de Marre et de Maygniaco necnon etiam pascua de Eschaurona postquam redempta fuerint que eo tempore erant sub vademonio in manu Eduensis episcopi. Et sciendum quod ego Guido promisi me garantitorem esse et defensorem fore de istis donis si aliqua inde calumpnia exoritur. Habui autem pro his ego Guido in pitantia XXXta libras Trecassinis. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co Lo IIIlo in manu Villermi abbatis de Maceriis. Huius rei testes sunt hii : Arnulfus decanus canonicorum Sancti Dionisii de Vergiaco, Gualo capellanus, Angeleius monachus, Petrus et Villermus de Archis monachi de Maceriis, Herveius de Vergei, Verricus Grassus et Odo et Hugo fratres eius, Artaudus Grassus, Odo de Lambre, Galo Motetus, Guido Tafutus, Petrus prepositus, Hismarus maior de Savigni, Bruno Ildemarus.

Annotations :

Acte conservé en deux exemplaires dans la même liasse.

6
1154

Guido de Vergy a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Bully, à Pernand, à Marey-lès-Fussey et à Magny-lès-Villers.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216. A'. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216. B. Copie 1670, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216.
parchemin 110 x 250 mm
latin

« Domini G de Vergiaco pro territorio Buliaci et pasturis de Pernant et de Marre et de Eschevrone » (annotation remployée : XII^e-XIII^e siècles).

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit sancte ecclesie filiis presentibus et futuris quod ego Guido de Vergiaco pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum dedi Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci quicquid habebam in territorio de

Buliac et quicquid alius ibidem a me ipso tenebat et Odonem servientem meum de Pernant. Idem etiam Odo dedit Deo et prefatis monachis quicquid ibidem habebat in alodio et in casamento. Addidi quoque ego predictus Guido huic dono pascua de Pernant et de Marre necnon etiam pascua de Eschifrona postquam redempta fuerint que eo tempore erant sub vademonio in manu Eduensis episcopi. Et sciendum quod ego Guido promisi me garentitorem et defensorem fore de istis donis si aliqua inde calumpnia exoritur. Habui autem pro his ego Guido in pitantia XXXta libras Trecassinas. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co Lo IIIo in manu Willermi abbatis de Maceriis. Huius rei testes sunt hi : Arnulfus decanus canonicorum Sancti Dionisii de Vergiaco, Galo capellanus, Angelerus monachus, Petrus et Willermus de Archis monachi de Maceriis, Herveius de Vergei, Verricus Grassus et Odo et Hugo fratres eius, Artaudus Grassus, Odo de Lambre, Galo Motetus, Guido Taphutus, Petrus prepositus, Hismarus maior de Savigni, Bruno Ildemarus.

Annotations :

Acte conservé en deux exemplaires dans la même liasse.

Copie présentant quelques différences de graphie.

7

1154, 26 mai

Godefridus, évêque de Langres, fait savoir que Philippus, abbé de Saint-Bénigne de Dijon, a donné à l'abbaye de Maizières les biens détenus par le prieuré de Beaune à Cisse.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 135.

parchemin 240 x 225 mm

latin

Episcopus Lingonensis. Abbas Divionensis. Conventus. Sissiacum (XII^e-XIII^e siècle).

Ego Godefridus Dei gratia Lingonensis episcopus notifico tam presentibus quam futuris quod Philippus abbas Sancti Benigni Divionensis laudantibus monachis suis concessit per manus nostras et dedit in perpetuum Deo et Sanctę Marię de Maceriis fratribusque inibi Deo servientibus in manu Willermi abbatis eiusdem loci quicquid prioratus de Belna habebat in villa que vocatur Sissiacus et alius ab ipso tenebat in omni territorio eius in planis, pratis et silvis pro annuali censu XXV solidorum Divionensis monetę qui reddi debent priori de Belna omni anno in festivitate omnium sanctorum. Testes autem et laudatores huius donationis sunt : Petrus de Belna, Theodericus tunc prior claustralis, Galo tunc prior de Belna, Beraldus tunc sacrista, Lambertus tunc cantor et omnem capitulum eiusdem loci. Sunt etiam testes : Garnerius Lingonensis archidiaconus et Arnaldus tunc presbiterorum decanus, Raynaldus monachus de Clara Valle et Willermus monachus de Maceriis. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini M C LIII VI kalendis iunis.

8

1155

Donna, abbesse de Saint-Andoche, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Merceuil, jusqu'à Molaise, jusqu'à la rivière Les Clous (Agenay) et jusqu'à la rivière Silvetana.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 130.

parchemin 145 x 185 mm
latin

ABCDEFGH. Notum sit sanctę ecclesię filiis presentibus et futuris quod illustrissima abbatissa Sancti Andochii nomine Donna communi assensu et consilio capituli sui dedit Deo et Sanctę Marię de Maceriis fratribusque ibidem Deo servientibus in presentia et in manu donni Willelmi abbatis eiusdem loci censualiter [...lidis] singulis annis quicquid Sanctus Andochius habebat a trunco veteris ul[...sul] usque ad territorium Molesie et ab Aginna usque ad alium [...] hoc eodem censu dedit eis etiam totam decimam terrarum quas ipsi monachi in parrochia de Marsul propriis tantum laboribus et sumptibus excolunt et IIIor nummos censuales de prato Arnulfi de Terrello et alios IIIor de duobus pratulis Constantini. Acta sunt anno Incarnationis Domini Mo Co LVo. Testes : Hugo de Sancto Andochio, Andreas et Rodulfus de Curgi presbiteri, Willelmus vicarius, Bernardus decanus, Laurentius, Ilduerus, Guido de Narsul, Angelerus monachus Cistercii, Wicardus monachus de Maceriis, Johannes conversus.

Annotations :

Acte rongé à plusieurs endroits.

Il existe, dans la même liasse, une copie moderne, réalisée avant la perte d'une partie du document original.

Chirographe tête-bêche.

9 1155

Donna, abbesse de Saint-Andoche, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Merceuil, jusqu'à Molaise, jusqu'à la rivière Les Clous (Agenay) et jusqu'à la rivière Silvetana.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 130. B. Copie moderne, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 130.

papier
français, latin

1155. Tiltre sur lequel le sieur curé de Merseul fonde le droit de dixme quil pretend sur la ferme de Repan et autres terres appartenantes a l'abbaie de Maizieres, scituées dans ladite parroisse de Merseul sous pretexte de quelque rente que les religieux de ladite abbaie de Maizieres font a la dame abbesse de Saint Andoche et de deux journaux de terre que lesdits religieux ont donné (a ce que l'on pretend) a ladite abbesse pour exempter les terres quilz ont dans Marseul du droit de dixme. Notum sit sanctę ecclesię filiis presentibus et futuris quod illustrissima abbatissa Sancti Andochii nomine Donna communi assensu et consilio capituli sui dedit Deo et Sanctę Marię de Maceriis fratribusque ibidem Deo servientibus in presentia et in manu domni Vuillelmi abbatis ejusdem loci censualiter pro decem solidis singulis annis quicquid Sanctus Andochius habebat a trunco veteris ulmi de Marsul usque ad territorium Molesie, et ab Aginna usque ad alium rivum de Silvetana. Sub hoc eodem censu dedit eis etiam totam decimam terrarum quas ipsi monachi in parrochia de Marsul propriis tantum laboribus et sumptibus excolunt : et quatuor nummos censuales de prato Arnulphi de Terrello, et alios quatuor de duobus pratulis Constantini. Acta sunt haec anno Incarnationis Domini Mo Co LVo. Testes : Hugo de Sancto Andochio, Andraeas et Rodulphus de Curgi presbiteri, Vuillelmus vicarius, Bernardus decanus, et caetera.

Annotations :

Cet acte existe en original, mais est en mauvais état. Cette copie permet de rétablir les parties manquantes de l'original.

10
1155

Galterius, évêque de Chalon, fait part de la charte de paix établie entre l'abbaye de Maizières et Haimo Bisordus. Haimo Bisordus a donné à l'abbaye des biens situés à Merceuil, Répant. En échange l'abbaye lui donne sept livres et des biens situés à Morteuil et Currumeneschi.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 130.
parchemin 260 x 290 mm
latin

Aymonis Bisordi (XIII^e siècle).

Omnibus sanctę ecclesię filiis presentibus et futuris Galterius Dei gratia Kabilonensis episcopus stabilem in domino nostro pacem. Pacis compositionem inter Maceriarum abbatiam et Haimonem Bisordum in presentia nostra studio nostro ac sollicitudine factam ne a posteritatis memoria volubili temporum excursu seu inevitabili morientium decessu laberetur carta ista sigilli nostri impressione signata et testimonio confirmata pro captu possibilitatis humane perpetuare curavi. Notifico igitur et testificor quod Haimo Bisordus terram de Marsul concessit et laudavit monachis Sanctę Marię de Maceriis sicut eam censualiter habebant a Sancto Andochio. Insuper etiam dedit eis quicquid nondum adquisierant Rispensis territorii a rivo Agine usque ad alium rivum Silvetanę et a trunco veteris ulmi de Marsul usque ad territorium Molesię et promisit se garentitorem fore de toto excepta terra Teberti Seimeri et Reginę matris Petri de Curcellis et Guidonis de Marsul et Muschetę sororis eius et excepta terra Seguni de Volena et Bertholdi de Muressaut et Roberti de Milmanda. Propter hoc monachi de Maceriis dederunt predicto Haimoni septem libras et quicquid habebant in territorio de Murthous et de Currumeneschi excepta curvata reversatę et quicquid habebant a chimino domus Dei in susum apud Muressaut excepta decima de Verou. Dictum tamen fuit quod si monachi vellent curvatam Bisordi haberent et Bisordus curvatam reversatę possideret. Acta sunt hec apud Marsul anno ab Incarnatione Domini Mo Co Lo Vo presentibus et laudantibus quorum actio erat Willelmo scilicet abbate de Maceriis et quibusdam monachis suis Willelmo videlicet de Archis, Wichardo et Libaudo et Hugone Bisordo converso et ex alia parte Haimone Bisordo et Hugone fratre eius. Testes etiam plurimi adfuerunt : Willelmus scilicet de Peureria archidiaconus Cabilonensis et Stephanus de Iuliaco canonicus eius, Guido Verduni, Guido de Rocha, Bernardus de Viliaco, Robertus de Milmanda, Galterius de Chaldana monachus. Hanc autem terrarum cambitionem Mahalina uxor prefati Haimonis laudavit et inde vaccam unam in pitantia habuit. Huius rei testes : Libaudus de Sissi monachus, Hugo Bisordus conversus et Hugo Bisordus filius eius et predictus Haimo. Hanc itaque pacis compositionem iuste et fideliter factam et multorum fidelium attestacione subnixam ego quoque Walterius Dei gratia Kabilonensis episcopus confirmo et sigilli nostri impressi testimonio corroboreo et violare temptantes Dei omnipotentis auctoritate et beatorum apostolorum Petri et Pauli omniumque sanctorum excommunico donec inde Deo et predictis monachis satisfaciant.

11
1158

Artaudus Grassus a donné à Arnulfus, doyen, et aux chanoines de Vergy, la moitié du manse d'Ogerius de Viler. Ce pacte fut fait afin qu'une donation de biens situés à Bully soit faite à l'abbaye de Maizières.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216.
parchemin 75 x 295 mm
latin

« Decani Vergei » ; « Decanus Vergi. Buliacum » (XII^e siècle).

Notum sit sancte ecclesie filiis presentibus et futuris quod Artaudus Grassus dedit Arnulfo decano et canonicis Vergiaci medietatem mansi Ogerii de Viler qui erat eis communis. Hoc tali pacto fecit ut ipsi darent ecclesie Sancte Marie de Maceriis terram Buliaci quam Bernardus Bertinus possederat in alodio et dederat Sancto Dionisio. Quod predictus decanus assensu et consilio capituli sui fecit animo prompto et voluntario in manu Willermi secundi abbatis de Maceriis sine ulla retentione omnino. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo VIIIo. Huius rei testes : predictus decanus qui etiam sigillo suo ista confirmavit, Willermus et Petrus nepotes sui canonici, Galo et Henricus nepos eius canonici, Haimo de Chauz canonicus.

12
1158-1173

Jofredus de Dracy, partant pour Jérusalem, donne à l'abbaye de Maizières des biens situés à Dracy et à Givry.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/4.
parchemin 315 x 140 à 215 mm
latin

CIROGRAPHUM Notum sit sancte ecclesie filius quod ego Iofredus de Draci si in Iherosolimitano itinere vel in partibus illius obiero pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum do et concedo Deo et Sancte Marie et monachis de Maceriis mansum Benedicte de La Chalma apud Draci et sine redemptione. Apud Givre do eis mansum Petri de Sarrigni usque ad curvatam et mansum ante cum domo et torculari sicut habeo et pratum Pontis de Verneto et salices et vineas de Monguin exceptis rebus Beraudi quas si ipse reliquerit monachi totum habebunt et reddent IIIor sextarios alioquin duos. Item eisdem monachis inter quos pater meus obiit et iacet ibi et patru mei regulariter vivunt sed et ego vivere et mori ibi cupio et spero devote do mansum Gisleberti Brunelli et duos panes et unum sextarium vini quod Berens Seunoli debet et unum panem quem Tebertus Saverus debet et tenementum Duunatorum et Girbertorum et Flandinatorum et Hermanni de Oroor et quartum sextarium seimeri et [ca]mpum de planteis et dimidium sextarium quem debet Laurentius de Draci et rediment a preposito et a fratribus eius XL solidos [et] gagiriam pelerini sex librum do eis, Girardo de Sancto Marcello cognato meo do molendinum de Fulmani ut redimat LX solidos. Eidem do vineas de Nual[o ?] et mansum Bartholomeus et Hugonis de Baluri et Garini Furneri et gagiriam sicut habet et redimet a preposito et a fratribus suis XL solidos, [réserve] nepoti eius do mansum Regnaldi Andree Pecchi et redimet LX solidos et reddet VI sextarios censuales Petro Vesin de Cabilone do mansum [Bernard]ini Jotsau et Bernardi de Rasches et Richardi Beren et redimet L solidos et reddet VI sextarios censuales. Eidem do molendinum de Gurfossa et redimet VI

libris, Joceranno de Draci singulari do domum de Draci et ochiam grangie et tenementum, ceterarum rerum de Draci medietatem do Joceranno et fratribus eius et aliam medietatem filiabus Roberti de Draci, et rediment solidos XL, et communiter reddent omnes VIII sextarios censuales. Quicquid habeo in Lico do Reginaldo ia[déchiré] avunculo meo ut redimat a preposito LX solidos [ligne barrée]. Ipsi preposito et fratribus eius do vineam petrarie Sanctę Grere [Gratiea ?] et vineam iuxta viam fontis sicut [déchiré] erat. Ideo dona facio preposito et fratribus eius et Joceranno et fratribus eius ut sicut diffinio et ea redemptione quam diffinio [?] dimittant unicuique quod ei divido. Quod si facere neglexerint nichil eis do vel concedo pueris Joceranni patruui mei do vineas de Silveninis sine cetera iuxta peduram Salucheri et quod Walterius Bigoz tenebat, quod do Bartholomeo. Qui non reddet nisi dimidium servicium suum postquam Girardus redemerit pueris Joceranni do gagiriam Jaquellini. Non tamen vendere nec dare aut engagire poterunt nisi monachis de Maceriis sed abbas totum teneat et habeat donec sint etatis perfectę. Et quicquid de eis eveniat monachorum sit. Decano de Givre do molendinum ubi Rodulfus de Moneste participatur et hoc quod Haimo Avis tenebat et unum vini sextarium ad Coclois. Item pro anima mea et patruorum meorum et antecessorum nostrorum do Sanctę Marie [de] Maceriis gagiriam Bernardi Amaldri pro LXX solidis si redimere voluerit brolium [déchiré] castri de Givre do Willermo Borne [réserve et « et salices » en rejet, mais sans savoir où il manque] [acte déchiré] et omnium testes sunt : Johannes presbiter de Draci, Robertus de Lico canonicus, Wicardus [déchiré]milessi, Ulricus de Draci, Wichardus tunc abbas de Maceriis, Petrus cantor. Ego Petrus Cabilonensis episcopus post obitum Jofredi istos testes loqui audivi et [déchiré] testificari et ideo sigillo nostro confirmavi.

Annotations :

La confirmation de l'évêque de Chalon a été ajoutée postérieurement à la mort de Jofredus.

Les mots entre crochets droits ont été restitués d'après le cartulaire de Maizières, XVIII^e siècle : Paris, BNF, n. a. fr., 8672-8681.

Petrus, évêque de Chalon : c. 1158 – c. 1173.

Acte déchiré à plusieurs endroits. La copié dans le cartulaire ne permet pas de tout restituer.

13 1158-1173

Petrus, évêque de Chalon, fait savoir que Petrus, abbé de Saint-Pierre de Chalon, a donné à l'abbaye de Maizières cinq sous de cens sur Chenôve.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.

parchemin 205 x 150 mm

latin

« De Canibis » (XIII^e siècle).

« Abbatis Sancti Petri Cabilonensis pro dono de Canibis » (XIII^e siècle, analyse remployant la précédente).

Ego Petrus Dei gratia Kabilonensis episcopus testificor et sigilli nostri impressione confirmo quod Petrus abbas Sancti Petri Kabilonensis per manus nostras presente et laudante conventu suo dedit et concessit ecclesię Sancte Marie de Maceriis censualiter pro quinque solidis singulis annis in mense marcio reddendis quicquid habebant in Chanibis montibus ab ulmo in susum de fonte et sicut divisio vadit per thesuras et mansum de Vire cum appendiciis suis ubicumque sunt. Huius rei testes : Willermus abbas Firmitatis et Hugo monachus eius et frater Willermus conversus et Willermus abbas de Maceriis in cuius manu factum est et Infredus monachus eius et Wido conversus, Robertus archipresbiter Bressię et Stephanus clericus nepos eius, Hugo Laarals. Ubi autem divisio facta est interfuerunt hi : Petrus Peccatum monachus Kabilonensis,

Arnulfus obedientialis de Savini, Petrus et Libaudus monachi de Maceriis, Constantinus cabellanus de Bilini, Ismarus de Savini et Arnulfus nepos eius, Henricus Amorosus et Regnaudus filius eius, Odo de Pernant, Warnerius filius Ismari. Hoc laudavit Clemens maior coram predictis testibus et Constans, Warnerius et Odilo fratres eius, Petrus homo Sancti Petri filius Duranni Boneti. Hoc tantum sibi retinuerunt homines Sancti Petri ut ligna sibi deferant ad calefaciendum.

Annotations :

Petrus, évêque de Chalon-sur-Saône : c. 1158 – c. 1173.

14
1158-1178

Petrus, évêque de Chalon, fait savoir que Hugo, seigneur de La Roche, a donné à l'abbaye de Maizières des biens et des droits sur ses terres.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 117.

parchemin 160 x 185 mm

latin

Petrus Dei gratia Kabilonensis episcopus omnibus fidelibus salutem et pacem. Noverit dilectio vestra quod Hugo dominus de Rocha in presentia mea concessit et dedit monachis Sancte Marię de Maceriis per totam terram suam et in bosco et in plano omnem usuarium in perpetuum excepto dampno segetum et vinearum et pratorum. Huius rei testes sunt hi : Raimundus precentor noster Kabilonensis, Hugo de Cristul canonicus noster, Odo de Santana, G[...] Maib[...]dus, Bernardus prior de Maceriis, Leba[...] Milmanda, mo[...]duin[...].

Annotations :

« et pratorum » écrit d'une autre main, alors que le scribe était revenu à la ligne.

Acte rongé à plusieurs endroits.

Petrus, évêque de Chalon : c. 1158 - c. 1178.

De nombreux toponymes en Saône-et-Loire et Côte-d'Or porte le nom de La Roche.

15
1159, février

Guido, abbé de Montiéramey, fait savoir qu'une querelle a éclaté entre lui et Willermus, abbé de Maizières au sujet de la grange de l'abbaye de Maizières située dans la paroisse de Savigny-lès-Beaune.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 292.

parchemin 245 x 145 mm

latin

« Abbatis Arremarensis decime de Chalma » (XII^e siècle).

A B C D E FG. In nomine sanctę et individue trinitatis ego Guido abbas Arremarensis notum sit posteritati nostre quod discordia erat inter me et Willermum abbatem de Maseriis pro eo quod abbas de Maseriis habebat grangiam unam in parrochia de Saviniaco de qua ecclesie nostre decimas reddere nolebat cum Saviniacensis ecclesia cum decimis et pertinentiis suis

propria sit ecclesie Arremarensis. Tandem querela que inter utramque ecclesiam erat hoc fine perducta est ad pacem et concordiam. Statutum est ut ecclesia de Maseriis per singulos annos persolvat ecclesie Arremarensis in festivitate beati Michaelis septem sextarios annonę et medietas sit de frumento et alia medietas vel de ordeo vel de avena sicut nascetur in terra. Quod si ecclesia de Maseriis aliquas terras amplius acquirere poterit in omni decimatione ecclesie Saviniacensis et ecclesie de Bez sub hoc pacto erit ut nichil amplius quam quod predictum est persolvat. Et si iterum aliquando alibi congruam commutationem ecclesie Arremarensis dare potuerit accipiet eam. Hoc etiam adiunctum est ut si forte terre quas ecclesia de Maseriis vel adquisiunt vel adquisierit in alienas manus redierint ecclesia Arremarensis decimas habeat. Et ne hoc aliqua temporum vetustate vel pravorum hominum perversitate vel mutaretur vel deperiret utriusque abbatis sigillo et assensu capituli utriusque munitum est et confirmatum. Huic concordie interfuerunt Radulfus archidiaconus Eduensis et Belnensis decanus, Gilo archipresbiter, Rainaldus de Pomar vicarius, Constantinus de Biliniaco, Johannes de Saviniaco presbiteri, magister Rainaldus, Robertus senescalcus, Galterius Gifardus canonici, Ismereus de Savini et Arnulfus nepos eius, Henricus Amorous, Petrus prior Buxerie. De Maseriis : Wicardus prior, Benedictus cellerarius, Willermus de Archis monachi Arremarenses, Burdinus prepositus, magister Nicholaus, Jacobus monach[i], Aldo cellerarius Cistercii. Actum Belne in claustro canonicorum anno Incarnationis Domini Mo C L VIII mense februarii.

16
1163

Iofredus Pifans a donné à l'abbaye de Maizières un cens de huit sous à prendre dans la paroisse de Corcelles et sur Tailly et Molaise.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 76.
parchemin 220 x 190 mm
latin

Iofridi Pifant (XIII^e siècle).

Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo Co LX III. Ego Iofredus Pifans pro remedio anime meę et omnium antecessorum meorum dedi Deo et monachis Sanctę Marię de Maceriis censualiter pro [octo] solidis singulis annis mense marcio mihi et noverce meę per me [... dendis] quos per nos vel per nuntios nostros querere et sine lege et occasione etiam si mensis transierit accipere debemus totam decimam meam omnium terrarum quas ipsi excolunt in parrochia de Curcellis propriis laboribus vel sumptibus et in territorio Taliaci et Molesie et promisi me bona fide garentitorem fore insuper quoque eundem censum quando hoc factum est pro remedio a [...e] et omnium antecessorum meorum predictis monachis post mortem me [...] perpetuum. Testes et fideiussores pacis sunt hi : Girardus de Reum, Ber[...] de Sancto Saturnino. Testes quoque sunt Willelmus de Rachona, Henricus de Milpont, Bauduinus prior et conventus Maceriarum. Predicta quoque noverca mea et Petrus maritus eius censum hunc laudaverunt et pro parte dotis sue se garentire promiserunt. Testes : Bauduinus prior, Guido capellanus de Chaniaco, Teobaudus conversus de [H]elregar, Iocerannus dapifer, Bartholomeus prepositus. [...] episcopus hoc donum fieri audivi et iussu Iofredi Pifans sigilli [...] confirmavi.

Annotations :

Acte rongé à plusieurs endroits.

Retour à la ligne après « Bartholomeus prepositus ».

17
1165

Robertus Girbertus a donné à l'abbaye de Maizières une partie des dîmes des terres situées à Répant.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166.
parchemin 135 x 175 mm
latin

CY RO GRA PH UM. Anno ab Incarnatione Domini Mo Co Lo XV^o. Ego Robertus Girbertus pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum dedi Deo et monachis Sanctę Marie de Maceriis sextam decimam partem decimationis omnium terrarum quas ipsi propriis laboribus vel sumptibus excolunt ~~excolent~~ a chimino Romarensi in iusum apud Rispens et partem monachi de Rocha quandiu eam tenuero. Concessi etiam eis partem Petri nepotis mei. Hoc donum feci ego et filius meus Symon et garentitores erimus. Huius rei testes : Moyses, Bernardus, Libaldus de Sissi monachi, Hugo conversus, Gislebertus Brunellus. Hoc quoque donum laudavit uxor mea et ceteri filii mei. Huius rei testes : Bauduinus prior, Moyses, Gislebertus Brunellus, Stephanus Brunellus, Robertus Ildebertus.

Annotations :

« Symon » a été ajouté dans une réserve.

Le deuxième « excolent » a été barré.

Chirographe conservé en entier. Cette partie du chirographe a la devise chirographique écrite tête-bêche.

18
1165

Robertus Girbertus a donné à l'abbaye de Maizières une partie des dîmes des terres situées à Répant.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166.
parchemin 135 x 175 mm
latin

CY RO GRA PH UM. Anno ab Incarnatione Domini Mo Co Lo XV^o. Ego Robertus Girbertus pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum dedi Deo et monachis Sanctę Marie de Maceriis sextam decimam partem decimationis omnium terrarum quas ipsi propriis laboribus vel sumptibus excolunt ~~excolent~~ a chimino Romarensi in iusum apud Rispens et partem monachi de Rocha quandiu eam tenuero. Concessi etiam eis partem Petri nepotis mei. Hoc donum feci ego et filius meus Symon et garentitores erimus. Huius rei testes : Moyses, Bernardus, Libaldus de Sissi monachi, Hugo conversus, Gislebertus Brunellus. Hoc quoque donum laudavit uxor mea et ceteri filii mei. Huius rei testes : Bauduinus prior, Moyses, Gislebertus Brunellus, Stephanus Brunellus, Robertus Ildebertus.

Annotations :

Chirographe conservé en entier.

1168

Petrus, évêque de Chalon, fait savoir que Hugo Rufus, fils du duc de Bourgogne, seigneur du Châtelet, a donné à l'abbaye de Maizières dix charretées de foin à prendre sur son bois de Taliaco.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 325.
parchemin 195 x 210 à 230 mm
latin

« Hugonis fratris ducis pro brolio de Taliaco » (XIII^e siècle, écrite en deux fois).

Quoniam per successiones temporum facta priorum facile vel labuntur a memoria vel in irritum revocantur nisi litteris mandata et testibus roborata consistent. Iccirco ego Petrus Dei gratia Kabilonensis episcopus per presentis cartulę conscriptionem tam presentibus quam futuris testificor quod Hugo Rufus ducis Burgundię filius Kabilonensis Castelluli dominus per manum meam dedit ecclesię Maceriarum pro anima sua et parentum suorum decem carratas feni in brolio suo de Taliaco absque omni retentione et exceptione in perpetuum possidendas. Huius helemosinę donatio libere facta est sine aliqua alicuius contradictione anno Incarnationis Dominicę Mo Co LXo VIIIo presentibus his quorum nomina subternotata sunt. Ego quoque ad maiorem facti confirmationem cartam hanc ipsius donationis testem sigilli mei munimine consignavi quatinus omnibus eidem donationi contraire volentibus testimonium sit indubitatę veritatis. Huius rei testes : Henricus Eduensis episcopus, Raimundus cantor Kabilonensis, Hugo de Croset canonicus eiusdem ecclesię, Rodulfus decanus Belgnę, Julianus archipresbiter, Antelmus canonicus Eduensis, Willermus de Sanceio, Julianus medicus, Mainardus capellanus, Hugo capellanus Castelluli, Hugo prepositus Gibriaci, Robertus Girbertus de Muressaudo, Bernardus Vetula, Petrus de Scutini, Andreas de Labrueri.

20

1170

Petrus, évêque de Chalon, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés dans la paroisse de Givry.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/1.
parchemin 230 x 205 mm
latin

Petrus Dei misericordia Kabilonensis episcopus Willelmo abbati de Maceriis et fratribus ibidem Deo servientibus in perpetuum. Decet nos quantum Deo donante possumus religiosos viros karitatis affectu diligere et ad eorum iustentationem ad serviendum Deo beneficiis nostris devote fovere. Inde est quod decimam de vestris laboribus quos in parrochia Gibriaci manibus propriis vel sumptibus colueritis vobis et successoribus vestris sine ulla retentione libere possidendam concedimus. Et ne hoc in irritum valeat devenire sigilli nostri munimine ei auctoritate confirmamus. Huius rei testes sunt hi : Willelmus abbas Firmitatis, Bauduinus monachus de Maceriis, Wauterius de Lusiaco decanus noster, Robertus archipresbiter noster de Bressia, Stephanus Brotez, Guido de Marne monachis caritatis. Actum est anno Incarnationis Ihesu Christi Mo Co LXXo.

21
1170-1173

Petrus, évêque de Chalon, fait savoir que Willelmus, abbé de Maizières, a donné à Hugo, prévôt de Givry, le pré Verneti.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/2.
parchemin 195 x 200 mm
latin

Petrus Dei gratia Kabilonensis episcopus omnibus fidelibus salutem et stabilem in Domino pacem. Notum sit tam futuris quam presentibus quod Willelmus abbas Maceriarum in presentia nostra dedit et concessit Hugoni preposito Gibriaci et fratribus eius pratum Verneti sub censu quatuor nummorum singulis annis in mense marcio reddendo. Hoc tali pacto fecit ut salices eiusdem prati nec vastent nec vendant nec donent sed edificent custodiant et salvent usibus monachorum Sancte Marię de Maceriis profuturas. Huius rei testes sunt hi : Willelmus abbas Sancte Marię Firmitatis, Bernardus monachus de Maceriis, Walterius de Losiaco decanus Sancti Vincentii Kabilonensis, Iofredus de Sancto Petro canonicus, Robertus de Ulmis archipresbiter Bressie, Falo de Serciaco, Hugo Albus, Guichardus de Milissiaco.

Annotations :
Pierre, évêque de Chalon : vers 1158 - vers 1173.
Guillaume, abbé de La Ferté : vers 1170 - 1178.

22
1173-1185

Hugo, doyen de Saulieu, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés dans la paroisse de Pernand.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216.
parchemin 140 x 170 à 180 mm
latin

« Hugonis decani Sedelocis pro decima de Pernant » (XII^e siècle).

CYROGRAPHUM. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Hugo decanus Sedeloci assensu et consilio capituli nostri concessi decimam nostram de omnibus terris et vineis quas propriis laboribus vel sumptibus monachi de Maceriis excolunt imparrochia de Pernant ipsi ecclesie de Maceriis pro duobus solidis annuatim in marcio nuncio nostro apud Buliacum reddendis. Hoc bona fide fecimus et guarentitores erimus erga capellanos nostros de Pernant. Huius rei testes sunt hi : Engelbertus episcopus Kabilonensis, Robertus de Rocha canonicus noster, Petrus Berocrius, Bernardus prior de Maceriis, Lebaudus monachus.

Annotations :
Devise chirographique tête-bêche.
Engilbert, évêque de Chalon : c. 1173 – c. 1185.

23

1173-1190

Hugo de Palteau a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés en dehors des Haies de Saint-Gervais. Son épouse, Andrea, a donné des biens situés à Navilly et à Chazelles.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/3.
parchemin 225 x 210 mm
latin

Notum sit omnibus quod ego Hugo de Paluel laudante uxore mea Andrea pro remedio anime mee et antecessorum meorum concessi Deo et monachis Sancte Marie de Maceriis per totam terram meam pascuas animalium absque damno et in bosco necessaria ad edificationem domorum ad pastionem porcorum posquam alii porci ibi adfuerint extra Les Haies Sancti Gervassii. Dedi insuper eis quicquid in casamentis meis popoterunt acquirere absque destructione ville. Concessi quoque predictis monachis ut per totam terram meam tam in aqua quam in terra de propriis rebus non darent pedagia. Huius rei testes sunt : Artaudus abbas eiusdem loci, Guido prior eiusdem loci, Lebaudus monachus, Hulfaudus conversus, Radulfus archipresbiter de Liri, Bernardus de Monte Oliveti, Lebaudus de Sancto Marcello et Dalmacius frater eius. Concessit quoque prefatis monachis uxor mea ut in terra sua aput Navillerum et aput Chaseles tam in terra quam in aqua de propriis rebus non darent pedagia. Huius rei testes sunt Lebaudus de Siseio, Nicholaus monachus, Arnulfus presbiter de Fuseio, Hugo de Monte Fauconis, Galterius de Marrineio. Et ut hoc ratum sit in perpetuum sigillo meo et sigillo episcopi Kabilonensis presentem cartulam munire curavi. CIROGRAFUM ABC DE FGHJKLMNOP

Annotations :

Saint-Gervais-en-Vallière ?

Artaudus, abbé de Maizières est cité dans un privilège de Lucius III en 1182, voir Regesta Imperii : RI IV,4,4,1 n. 549.

Vers 1170, l'abbé de Maizières était Willermus.

24

1174

Guido, seigneur de Verdun, a donné à l'abbaye de Maizières des droits sur des biens situés Chauvort et à Verjux.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/7.
parchemin 245 x 270 mm
latin

Anno Incarnationis Domini nostri Ihesu Christi Mo Co LXXo IIIIo. Guido dominus Verduni dedit et concessit Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci in perpetuum omnem usuarium per totam terram suam in bosco et in plano ad materiandum scilicet et ad pastionem porcorum postquam alii porci ibi aderunt et ad nutrimentum ceterorum pecorum. Pedagia quoque et census tam in foris quam in nundinis suis et in transitu et in aquis de propriis rebus ipsorum dedit eis et piscationem per omnes aquas suas cum retibus et omnibus ingeniis et ad generale abbatum capitulum etiam in defensis suis. Concessit quoque et confirmavit ut a portu de Chavort usque ad bennam predictorum monachorum de Sub Vorgeio nemini liceat edificare sibi bennam. Prefatis autem monachis liceat ibidem edificare sibi quatuor bennas si voluerint. Acta sunt hec anno quo Iherosolimam idem Guido petiit in presentia donni Petri

Kabilonensis episcopi et Willelmi abbatis Firmitatis et Bernardi de Verduno archidiaconi Kabilonensis. Huius rei testes sunt hi : Philibertus capellanus, Stephanus dominus de Neblens, Artaudus de Sancto Marcello, Guido cellerarius de Verduno. Hec quoque postea confirmavit in capitulum Maceriarum in presentia totius conventus eiusdem loci et abbatis Willelmi de Firmitate et iussit cartam istam sigillari sigillo suo et sigillo donni Petri Kabilonensis episcopi.

Annotations :
Voir H 54/5 et H 54/6.

25
1174

Hugo, duc de Bourgogne, a donné à l'abbaye de Maizières des terres situées à La Planoise afin d'édifier une grange.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H SUP 64. - B. Vidimus 1362, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H SUP 64. - C. Copie moderne, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H SUP 64. - D12:36:34
Copie moderne, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H SUP 64.
parchemin 175 x 255 mm
latin

Carta de fundatione grangie de Planesia et terries et nemoribus (XII^e-XIII^e siècle).

Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo Co LXXo IIIo Hugo dux Burgundie pro anima sua et pro animabus omnium antecessorum et heredum suorum Deo et monachis Sanctę Marie de Maceriis gratanter et bona fide dedit in Planesia ad faciendam grangiam totam terram intra istos premonstratos terminos videlicet a culturis Antuliaci per rivulum de Chanavet sicut aqua infra Bellam Vallem vadit usque ad veterem stannum et ad cheminum petrinum et usque ad forestam Sancti Saturnini et usque ad terram Sancti Martini quicquid istis terminis comprehenditur dedit eis in perpetuum sine ulla retentione. Per totam quoque Planesiam dedit et concessit eis omnem usuarium pastionem scilicet propriorum porcorum et nutrimentum omnium pecorum et animalium et ad materiandum et ad omnes alios usus excepto quod nec dabunt silvam nec vendent nec exsartabunt. Et ut hoc ratum sit in perpetuum fideles testes subnotati sunt : Johannes scilicet prior Cistercii, Guido de Fangi monachus Cistercii, Odo conversus Maceriarum, Willermus vicarius Eduę. Acta sunt hec in presentia Stephani Eduensis episcopi et sigillo ipsius confirmata coram his testibus : magistro scilicet Lamberto de Sedeloco, Willermo scriba ducis, Ulduino Digorna, Hugone de Verraris, Willermo de Rival, Bernardo forestario et Radulfo filio eius.

26
1174, après

Guido de Verdun a donné à l'abbaye de Maizières, sous l'abbatit de Willelmus, des biens situés aux Gouttières, à Verjux, à La Racineuse, au Fley et en Saône. Et sous l'abbatit de Wichardus, il a donné des biens situés à Allerey-sur-Saône.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/5.
parchemin 365 x 295 mm
latin

Omnibus Christi fidelibus Guido Verduni salutem et stabilem in Domino pacem. Quoniam sepius contingit beneficia nobilium liberalitate ad remedium animarum ipsorum monasteriis iuste et fideliter impensa pravis perversorum hominum consiliis auferri vel imminui iccirco tam futuris quam presentibus notifico carta presenti et ut semper ratum sit sigilli mei impressione confirmo quod pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum ego Guido Verduni laudavi et concessi libere bona fide et pace Deo et Sanctę Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci totum territorium Scoterię quod Falco de Rehum a me in casamento tenebat. Concessi quoque cetera casamenta mea quę adquisierint sine ville destructione. Dedi etiam eis omnem usuarium per totam terram meam in bosco et in plano ad materiandum scilicet et ad pastionem porcorum postquam alii porci aderunt et ad nutrimentum ceterorum pecorum. Pedagia quoque et censum tam in foris et nundinis meis quam in transitu et in aquis de propriis rebus ipsorum dedi eis et piscationem per omnes aquas meas cum retibus et omnibus ingeniis et ad generale capitulum etiam in defensis meis. Concessi quoque eis de retibus Vorgiaci censum quem Hicmarus patruus meus eis dederat et terram de Racinosa et de Flix quam frater meus Hugo moriens eis dimiserat et stannum Sancti Boneti et pratium iuxta illud et ibidem emi eis de nummis meis septem libratas terre. Duo insuper loca ad bennas edificandas dedi eis in Sagonna unum videlicet ad populetum et alium ad conam. Hec omnia laudavi et confirmavi in presentia et in manu Willelmi secundi abbatis de Maceriis in capitulo eiusdem loci. Huius rei testes : Johannes capellanus noster de Verduno, Hicmarus de Rocha, Willelmus de Archis monachus, Moyses et Petrus et multi alii. Postea vero in manu Wichardi abbatis quando idem abbas dedit breviarium unum capellę nostrę de Verduno donavi prefatis monachis alium locum ad bennam edificandam ad lavatorium scilicet Illiriaci. Huius rei testes sunt hii : Filibertus capellanus noster de Verduno, Durannus maior, Moyses et Lebaudus monachi, Rainaudus Aschiricus monachus, Johannes conversus famulus predicti abbatis Wichardi. Sciendum quoque quod census meos de retibus ubicumque in aqua mersa fuerint predictę abbatie pro XI libris pignori supposueram et postea in infirmitate mea sine ulla retentione eidem abbatie predictos census pro anima mea et antecessorum meorum ex toto devotus dedi et in perpetuum concessi. Huius rei testes sunt hi : Bernardus frater meus archidiaconus Kabilonensis, Fromundus clericus Kabilonensis, Filibertus capellanus noster, Guido cellararius, Garnerius Alamannus.

Annotations :

En l'absence de recherches portant sur l'abbaye de Maizières, la datation n'est pas aisée. En comparant avec les chartes contenues dans CBMA, on trouve que Wichardus est cité en 1162 et 1164, qu'il y avait un abbé Willelmus cité entre 1150 et 1158, et un autre Willelmus cité dès 1165. Mais l'acte H 54/7, daté de 1174, fait part d'une de ces transactions.

Voir acte H 54/6 qui reprend ce texte en ajoutant une confirmation supplémentaire.

27

1174, après

G et Hugo, fils du seigneur G de Verdun-sur-le-Doubs ont confirmé les donations que leur aïeul G de Verdun, et leur père G de Verdun ont fait à l'abbaye de Maizières. Symon, doyen de Chalon confirme avoir vu les sceaux sur cet acte sur l'acte de leur père.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/6.
 parchemin 220 x 240 mm
 latin

Omnibus Christi fidelibus Guido Verduni salutem et stabilem in Domino pacem. Quoniam sepius contingit beneficia nobilium liberalitate ad remedium animarum ipsorum monasteriis iuste et fideliter inpensa pravis perversorum hominum consiliis auferri vel inminui idcirco tam futuris quam presentibus notifico carta presenti et ut semper ratum sit sigilli mei impressione confirmo quod pro remedio anime mee et omnium antecessorum meorum ego Guido Verduni laudavi et concessi libere bona fide et pace Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci totum territorium Scoterie quod Falco de Rehum a me in casamento tenebat. Concessi quoque cetera casamenta mea que adquisierint sine ville destructione. Dedi etiam eis omnem usuariam per totam terram meam in bosco et in plano ad materiandum scilicet et ad pastionem porcorum postquam alii porci aderunt et ad nutrimentum ceterorum peccorum. Pedagia quoque et census tam in foris et nundinis meis quam in transitu et in aquis de propriis rebus ipsorum dedi eis et piscationem per omnes aquas meas cum retibus et omnibus ingeniis et ad generale capitulum etiam in defensis meis. Concessi etiam de retibus de Vorgiaci eis census quem Hicmarus patruus meus eis dederat et terram de Racinosa et de Flix quam frater meus Hugo moriens eis dimiserat et stagnum Sancti Boneti et pratum iuxta illud et ibidem emi eis de nummis meis septem libratis terre. Duo insuper loca ad bennas edificandas dedi eis in Sagonna unum videlicet ad populetum et alium ad conam. Hec omnia laudavi et confirmavi in presentia et in manu Willelmi secundi abbatis de Maceriis in capitulo eiusdem loci. Huius rei testes : Johannes capellanus noster de Verduno, Hicmarus de Rocha, Willelmus de Archis monachus, Moyses et Petrus et multi alii. Postea vero in manu Wichardi abbatis quando idem abbas dedit breviarium capelle nostre de Verduno donavi prefatis monachis alium locum ad bennam edificandam ad lavatorium scilicet Illiriaci. Huius rei testes sunt hii : Filibertus capellanus noster de Verduno, Durannus maior, Moyses et Lebaudus monachi, Raynaudus Aschiricus monachus, Johannes conversus famulus predicti abbatis Wichardi. Sciendum quoque quod census meos de retibus ubicumque in aqua mersa fuerint predictae abbacie pro XI libris pignori supposueram et postea in infirmitate mea sine ulla retentione eidem abbacie predictos census pro anima mea et antecessorum meorum ex toto devotus dedi et in perpetuum concessi. Huius rei testes sunt : Bernardus frater meus archidiaconus Kabilonensis, Fromundus clericus Kabilonensis, Filibertus capellanus noster, Guido cellararius, Garnerius Alamannus. Huius suprascripte carte tenorem ego Symon decanus Cabilonensis et ego Filibertus archipresbiter Brissie sigillo G quondam domini Verduni inspeximus confirmatum et munitum. Notum sit tam presentibus quam futuris quod G et Hugo filii domini G de Verdun laudaverunt omnes helemosinas quas avus eorum G de Verdun et pater eorum G de Verdun dominus fecerunt monachis de Maceriis sicut scriptum est in cartis eorum et sigillo patris sui confirmare preceperunt. Huius suprascripte carte tenorem ego Symon decanus Cabilonensis et ego Filibertus archipresbiter Brissie sigillo Guidonis quondam domini Verduni inspeximus confirmatum et munitum.

Annotations :

Voir acte H 54/5 auquel il "manque" une confirmation.

Entre « Alamannus » (fin de l'acte H 54/5) et « Huius suprascripte », le scribe a mis un pied de mouche.

Entre « confirmatum et munitum » et « Notum sit », retour à la ligne.

Dans cet acte nous nous apercevons qu'il y a deux G. seigneurs de Verdun.

Cet acte est daté par rapport à l'acte H 54/5.

Voir H 54/7.

Iofredus Pifanz a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Corcelle-lès-Arts, Ouche, Tailly, Puligny, Mimande, Chaudenay, et alii.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 76.
 parchemin 255 x 380 mm
 latin

Notificamus tam presentibus quam futuris quod Iofredus Pifanz dedit Deo et monachis Sancte Marie de Maceriis se ipsum cum omnibus rebus suis scilicet decimam de Curcellis Les Arses et Ilas Ouches ibidem. Quarum unam tenens Brutinus reddit unum panem et unum denarium et unum bichetum avene ad mensuram Belne. Alteram vero tenet Petrus Borreaz cum sororia sua similem reddentes consuetudinem. Aput Telle IIIam partem decime et IIIam partem terre Sancti Alexandri ex eadem vero terra Henricus de Mirpont tenet molendinum et tenementum molendini qui est sub clauso Cisterciensi reddens inde VI sextarios vini censualiter. Dedit etiam corveiam suam de Corremanesche. Aput Puliniacum XIIcim denarios censuales quos debet Arnulfus presbiter de Puliniaco de tenemento quod est in territorio Puliniaci. Et IIIam partem decime de Milmande et IIIor denarios censuales ibidem de terra que est ante domum Seguini quorum Ilos tempore Seguinus et alios Ilos debet Hainardus Chaudere. Et IIIor secaturas prati inter molendinum de prato et pontem de Chaudiniaco que secature debent Ilos denarios de Praage et XIIcim censualiter, Ilos denarios et obolum debet Arnulfo, IX denarios et obolum Philippo de Milmande. Dedit etiam terram quam Seguinus et Hugo Bubulcus frater eius reddentibus terciis excolunt. Aput Chaudiniacum unum mansum cum appendiciis suis et tenementum suum de Cristuil et quicquid habet in territorio de Chaarne in pratis, terris et vineis cum domo sua et Ilos solidos censuales quos debet Bernardus prepositus et quicquid habet aput Ruile. Aput Nanto Laurentius de Bertuile debet unum panem et IIIes denarios et dimidium bichetum avene ad mensuram de Chaarne. Bonsuauz unum panem et unam carterenche avene. Garnerius et Berrenz connatus suos unum panem et unam carterenche avene. Aput Vilers Ilos mansos cum appendiciis suis et tenementum territorii de La Chasnoie et IIIam partem decime de Selviniaco cuius decimator habet mediam partem redecimationis. Aput Ballorre VI solidos censuales Trenorchiensis monete et IIItam sextarium vini de vinea que omnia reddit Constantinus Rufus. Hoc siquidem factum est aput Rispens tempore messis in presentia utriusque conventus monachorum videlicet et conversorum qui et huius rei testes sunt anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXo Vo. Et ut hoc donum ratum et firmum sit in evum dominus Cabilonensis episcopus presentem cartulam sigilli sui inpressione ad precem ipsius Iofredi munivit. Cuius rei testes s[unt] : Bernardus tunc temporis supprior, Petrus cantor, Stephanus, Christianus monachi, Hugo de Cristuil archidiaconus Cabilonensis, Stephanus Brotez capellanus episcopi.

Annotations :
 Ouche est le nom d'une rivière : identification à revoir.

29
 1175

Haimo Bisordus et son épouse Mahalina ont donné à l'abbaye de Maizières leur corvée de Répant.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166. B. Copie 1681, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166.
 parchemin 135 x 250 mm
 latin

CYROGPHUM. Anno Incarnationis Dominicę Mo Co LXXo Vo Haimo Bisordus et Mahalina uxor eius pro animabus suis et antecessorum suorum dederunt Deo et monachis Sanctę Marie de Maceriis croatam suam de Rispens usque ad IIIor vigera et pratum Letaudi et pratum maioris de Montalia sicut ipse et fratres eius pro veritate sua disternarunt illud. Concesserunt quoque eis croatam reversatę sicut calumpniabantur eam a quercu Girardi usque ad pirum de Mortuz et terram Sancti Stephani sicut ostendere potuerint demonstratam et designatam sibi a ministris. Concesserunt quoque eis terram Petri Reginę et pratum fratris Roberti Mainardi de Muressaudo ~~nisi ostendere potuerit de scanbitione sua illud esse~~. Huius rei testes sunt hi : Willermus Bisordus monachus Sancti Petri Kabilonensis, Moyses, Stephanus, Robertus, Rainaudus monachi Sanctę Marię Maceriarum, Hugo de Rispens, Haimericus et Stephanus de Albinaco conversi. Artaudus Milmandę, Hugo de Chasul, Willelmus Bisordus mili[...]rus prepositus Bisordi, magister Rainaldus, Robertus Girbertus, Gislebertus Brunellus, Hugo [...]ardus frater eius, Hugo Milmandę et Bartholomeus et Willelmus nepotes eorum.

Annotations :

Devise chirographique dans la marge de droite.

« nisi ostendere potuerit de Scanbitione » et « illud esse » ont été barrés.

Acte rongé. La copie moderne de cet acte a été réalisée alors que l'acte était déjà abîmé.

30
1177

G, comte de Mâcon, a donné à l'abbaye de Maizières vingt boullons de sel à prendre à Lons-le-Saunier.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/8.
parchemin 155 x 210 mm
latin

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego G comes Masticonensis dedi et concessi monachis de Maceriis XX conbuliones salis in perpetuum pro remedio scilicet anime meę et omnium antecessorum meorum et rogatu domini G de Reun quos recipere debent predicti monachi in villa Ledonis inter Pascha et Pentecostes per singulos annos. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXo VIIo. Cuius rei testes sunt : Bernardus tunc prior de Maceriis, Joffredus miles de Luasia, Uldricus de Vienna, Henricus de Bisuntio, Hunbertus prepositus Ledonis, Gunterius de Belli Ioco. Hoc donum laudavit comes Willelmus et sigillo suo firmavit.

31
1178-1198

Constantinus, prêtre de Bligny, a donné à l'abbaye de Maizières une maison en pierre et une vigne situées à Bez.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 54.
parchemin 95 à 110 x 165 mm
latin

Constantini presbiteri (XIII^e siècle).

Ego Constantinus presbiter de Bilyniaco pro anima mea dedi in helemosinam monachis de Maceriis domum meam petrinam et illam meam vineam de Bez de qua debeo I bichetum frumenti Bernardo de Grandi Canpo et plantam meam de Costercle et ipsi monachi tantum pro me facient in morte mea quantum pro uno monacho et post mortem meam de fructu vinearum annuale meum facient de pane et vino conventui de Maceriis. Et ut hoc ratum sit sigillo Milonis abbatis Sancti Stephani firmatum est qui huius rei testis est. Testes sunt etiam hii : Stephanus de Faverne, Stephanus canonicus. Signum Stephani Divionensi, Petrus de Ysuerre, Raimundus de Curbinie, Arnaudus decanus de Casneto, magister Nicholaus. Actoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli sint excumunicati qui hanc helemosinam meam adnichilare presumpserint.

32
1180

Helisabet, dame de Creteil, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Cissey.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 135.
parchemin 110 x 240 mm
latin

Elisabez de Cristuel (XII^e siècle).

Elysabez de Cristuel (XIII^e siècle), remployée en : Elysabez de Cristuel de quarta parce de Sisse.

CY RO GRA P U M ab [?]. Anno Incarnationis Domini nostri Ihesu Christi Mo Co LXXXo. Helisabet domina de Cristul pro anima sua et pro animabus antecessorum et filiorum suorum laudantibus filiis suis Hugone scilicet et Rainaldo quicquid in Sissiaco habebat quartam videlicet partem eiusdem ville bono animo dedit Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci in perpetuum in presentia et in manu Artaudi abbatis. Ita tamen ut dominica in ramis palmarum per singulos annos fiat conventui pitantia generalis et post mortem eius in die sepulture ipsius ipsa pitantia generalis annuatim fiat. Sciendum autem quod idem abbas et monachi in cimiterio suo locum sepulture et participium benefactorum suorum sine ulla retractatione predictae domine concesserunt et filiis suis salvo ordine suo. Huius rei testes sunt hi : Robertus Milmande tunc prior, Bernardus cellerarius, Johannes relativus, Benedictus presbiter Antulliaci, Bernuinus et frater eius Bernardus conversi, Achardus de Vignoles. Ego Robertus Dei gratia Kabilonensis episcopus rogatu utriusque parcis sigilli mei impressione confirmavi.

Annotations :

Problème pour déchiffrer la devise chirographique : CY RO GRA P U M ab, ou CY RO GRA P U ab CD ? Dans les deux cas, il n'y a pas de « h » qui suit le « P ».

33
1181

Artaudus Neals a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Cissey, remis le jour de son enterrement à l'abbaye.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 135.
 parchemin 165 x 195 mm
 latin

Arthaudi Neal pro Colungiis iuxta Sissi (XIII^e siècle), remployée en : Arthaudi Neal pro Colungiis iuxta Sissi et de medietate eiusdem ville.

Anno Incarnationis Dominicę M C LXXX I. Artaudus Neals morti appropians elemosinam suam distribuendam fidei et providentię fratris sui domni Roberti prioris de Vallibus et domini Girardi de Rehum ex toto commisit. Fideles igitur isti fideliter de anima eius solliciti amorem quem exhibuerant vivo conservaverunt et mortuo. Defuncto nanque eo et sepulto monachis Sanctę Marie de Maceriis qui eum magnis precibus domini Girardi honorifice multis celebratis prius missis sepelierant grates magnas agentes devote et hilariter pro defuncti anima laudantibus eius nepotibus Hugone scilicet et Guidone de Biliniaco predictis monachis colungias iuxta Sissi in capitulo ipsorum eodem die sepulture eius dederunt et dimidium ville de Sissi quam dominus Girardus et domina de Cristul eis contulerant et quicquid ibidem acquisierant et acquisituri erant libenter et devote eis concesserunt. Huius rei testes sunt hi predicti scilicet viri perquorum manus acta est et erant guarentitores et Radulfus de Marne, Hugo de Pureio, Hugo de Chasul. Hoc donum quoque laudavit uxor eius ad portam de Maceriis coram pfatis testibus. In capitulo quoque quando hoc donum factum est affuit Stephanus de Sissi et Hugo de Marne.

Annotations :

«pfatis » ne porte pas d'abréviation, même s'il faut comprendre « prefatis ».
 L'écriture est tremblante.

34
 1184

Girardus, doyen de Langres, fait savoir que le seigneur Manasses, évêque de Langres, a donné à l'église de Lugny un cens de quatre setiers d'huile que l'abbaye de Maizières devait chaque mois à l'évêché.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264.
 parchemin 130 x 230 mm
 latin

Ego Girardus Dei gratia humilis Lingonensis decanus omnibus presentibus et futuris notum facio quod dominus Manasses Lingonensis episcopus laude et assensu capituli nostri donavit Deo et ecclesie Luigne et fratribus ibidem Deo servientibus in elemosinam ob remedium sue et predecessoris sui anime bone memorie domini Galteri nec non intuitu animarum precedentium episcoporum IIIor censuales olei sextarios quos debebat mense episcopali abbatia de Maiseriis et ut nostri assensus et testimonii firma teneatur approbatio sigilli nostri auctoritate donum episcopale confirmando approbavimus et presentis scripti testimonio communimus. Testes sunt : Robertus thesaurarius, Arnaudus, Belinus, Hunbertus, Hunaudus canonici et presbiteri, Radulfus de Conflento, Hugo Ravinels, Norduinus diaconi, Rainerius, Rainaudus, Hugo subdiaconi. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo IIIIo Johanne priore prefate domus Luigne in cuius manu hec elemosina facta fuit.

35

1185-1215

R., évêque de Chalon, fait savoir que Philippus, fils d'Henricus Tosete, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés dans la paroisse de Savigny-lès-Beaune et à Chenôve.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.
parchemin 70 à 140 x 65 à 190 mm
latin

« Philipi filii Errici Tosete », « Filipi Tosete » (XIII^e siècle).

Omnibus Christi fidelibus qui istam cartulam legerint vel audierint R. Kabilonensis episcopus salutem universitati vestre notificamus quod Philippus filius Henrici Tosete victum et vestitum quod habebat in domo de Maceriis in manu nostra omnino reliquit. Concessit quoque monachis eiusdem domus sicut antea concesserat quicquid habebat in parraochia Savineii et in monte Canabis et quicquid monachi participabantur cum patre suo et quartum sextarii de vinet. Hec omnia concessit et in manu nostra iuravit nonquam requirere et propter hec dederunt XL et V solidos ei. Testes : Gauterus archidiaconus, Petrus Pelerinus canonicus, Radulfus cappellanus de Dumineio, Landricus.

Annotations :

Robert, évêque de Chalon-sur-Saône : 1185-1215.

Petrus Pelerinus et Radulfus de Demigny sont cités tous les deux dans un acte daté de 1200.

36

1187-1213

Willelma, dame de Bois-Thierry, et ses fils, ont donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Olonges. En échange, les moines acceptent la sépulture de la mère et l'entrée au monastère d'un de ses fils.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 76.
parchemin 175 x 300 mm
latin

Villelme de Bos Tirri pro elemosina des Btheis (XIII^e siècle, deux mains différentes).

Notificamus tam presentibus quam futuris quod Willelma domina de Bois Terri et filii sui Johannes videlicet Wido, Bartholomeus et Hamo concesserunt et dimiserunt Deo et monachis Sancte Marie de Maceriis quicquid pro chasamento calumpniabantur in helemosina Arthaldi Nael in terra videlicet Dul Bateis de Olonges de qua et garentitores se esse bona fide promiserunt. Propterea pretextati monachi iam dicte matri et filiis centum solidos dederunt et ipsam matrem in sepulturam recipientes tantum pro ea in morte facient quantum pro monacho. Preterea monachi Willelmum filium suum in monachum recipientes portionem illam quam pater suus apud Nanto ei in morte divisit Bartholomeo fratri suo dimittunt tali condicione quod iam memorati monachi in portione illa tam in plano quam in bosco usuaria habebunt scilicet ad pastionem porcorum, ad materiandum, ad usus animalium et peccorum suorum. Ita dum taxat quod si aliquid dannum in satis vel segetibus intulerint danni recompensationem sine lege vel aliqua occasione restituent. Ceterum de terra illa alicui ecclesie vel cuiuslibet ordinis fratribus donum aut helemosinam Bartholomeus facere non poterit nisi ecclesie et fratribus de Maceriis.

Quod si terram illam vendere vel engargire voluerit prius fratribus de Maceriis presentabit et minori precio quam alicui homini dimitte. Testes : Wido abbas de Maceriis, Nicholaus prior, Bernardus subprior, Robertus de Milmande, Bernardus Morannus et Wichardus nepos eius, Henricus de Mil Pont, Hugo de Monestei, Arnulphus et Willelmus de Milmande, Petrus de Curcellis.

Annotations :

Guido, abbé de Maizières : 1187-1213.

37
1187-1213

Regnaudus de Grand-Champ a donné à l'abbaye de Maizières cinq sous de cens à prendre à Chenôve.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.
parchemin 295 x 295 mm
latin

« Reinadus de Grandi Campo » (XIII^e siècle).

« Renaudi de Grandi Campo pro monte de Cheneves » (XIII^e)

Notum sit sanctę ecclesie filiis quod Regnaudus de Grandi Campo pro remedio anime sue et omnium antecessorum suorum dedit Deo et monachis Sanctę Marię de Maseriis censualiter pro quinque solidis monetę Divionensis in mense marcio singulis annis sibi reddendis quicquid habebat vel alius ab ipso tenebat in monte de Canibis usque ad chiminum Saviniaci qui ferit in chiminum Vergiaci excepto clausi sui edificio et viniuncula Audrici et exceptis quibusdam masuris demonstratis pro quarum appendiciis cambitiones possessoribus alibi dedit. Hoc quoque hominibus suis de Saviniaco retinuit ut liceat eis inde ligna humeris suis afferre tantum ad calefaciendum se. Hoc in fide sua promisit bona pace tenere et contra omnes calumpnias garentire. Huius rei fideiussores sunt hi : Arnulfus de Ruileto, Wauterius Dorchis, Henricus Amorosus unusquisque de tercio et Hugo frater ducis de toto. Huius rei testes : Rodulfus archidiaconus et decanus Belne, Henricus de Canibis, Willermus tunc abbas de Maseriis, Willermus Darchis et Wichardus monachi, mater ducis, Hugo prepositus, Ismereus de Saviniaco et multi alii. Hoc donum laudavit uxor prefati Regnaudi coram his testibus : Wichardo, Willermo, Libaudo monachis de Maseriis, Henrico Amoroso, Wauterio fabro. Hoc quoque donum laudavit Regnaudus Aaluns casatus eius et minam avenę quam ibi calumpniabatur pro arbergiria monachis concessit et aliam minam avenę et unum nummum ibidem eis dedit. Huius rei testes : Julianus archipresbiter Belne et Humbertus presbiter de Prumael et Regnaudus de Gissi per quorum manus acta sunt et Wicardus monachus, Moyses quoque et Bauduinus et Libaudus et Hugo de Sissi frater eius. Hoc autem tali pacto concessit et fecit ut de predictis quinque solidis quatuor nummi censuales in vigilia vel in die Nativitatis sanctę Marię singlis annis sibi reddantur. Quos tamen per se vel per nuntium suum querere debet et sine lege etiam post diem recipere. In Christi nomine notum sit fidelibus quod Hugo de Grandi Campo dedit Deo et monachis Sanctę Marię de Maceriis censualiter pro duobus solidis in mense marcio sibi reddendis mansum Ulmi in Canibis et quinque campos in bosco de monstratos et habuit inde duos equos in pitantia. Huius rei testes sunt hi : Radulfus archidiaconus et decanus Belne et Julianus archipresbiter per cuius manus acta sunt hec et Bauduinus et Benedictus monachi et Rainaudus et Wauterius frater eius, Seguinus de Volena, Ismereus de Savini, Arnulfus Jardellus, Odo et Frodo et Belinus et Hugo opilio et Angelerus et

Stephanus de Bulli conversi et alii multi. Hoc donum laudavit uxor eius et filii et filia eorum. Huius rei testes sunt hi : Bauduinus prior, Benedictus monacus, Rainaudus canonicus et Wauterius de Curbertau frater eius, Hugo Lanbertus, Seguinus de Volena.

Annotations :

Le « I » de « In Christi nomine » est rubriqué.

« Hugo Lanbertus, Seguinus de Volena » est rejeté sur la ligne du dessous, en bout de ligne, précédé d'un pied-de-mouche.

Guillaume, abbé de Maizières est cité de 1187 à 1213.

Plusieurs témoins sont cités dans les actes des années 1190.

38
1188

Spontius, seigneur de Cuiseaux, a donné à l'abbaye de Maizières des biens. Petrus de Toere, prévôt de Branges, a donné des biens situés à Branges.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/9.

parchemin 240 x 180 mm

latin

Ego Spontius Cuselli dominus notifico omnibus tam futuris quam presentibus quod dedi et concessi Maria uxore mea laudante et Spontio filio meo Deo et Sancte Marie de Maceriis in elemosinam per totam terram meam pedagium de propriis cadrigis et de omnibus propriis negotiationibus et unum mansum. Quapropter monachi de predictis Maceriis concesserunt mihi et Marie uxori mee et Galtero et Spontio filiis meis et filiabus meis participationem omnium benefitiorum suorum et auditis obitibus nostris plenarium offitium ut uni monachorum. Hoc siquidem factum est anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXo VIIIo et similiter concessi et dedi Lesuentex de propriis rebus quas vendent vel ement per totam terram meam. Huius rei testes sunt : Garinus capellanus Cuselli et Hugo Aloerx de Sancto Amoro, Guido monachus de Miratorio, Fromundus de Tremelay, Guichardus de Coterel, Bonusfilius cellerarius in cuius domo hoc factum est, Petrus de Toere prepositus Brengi qui Petrus dedit et concessit laudante Guillelmeta uxore sua, Gilone, Bernardo filiis suis laudantibus redecimationem pedagii de Brengio pro remedio animarum suarum et pro participationem benefitiorum de Maceriis. Et ut hoc magis ratum habeatur imperpetuum meo proprio sigillo precepi muniri presentem cartulam. Sciendum autem quod mansum quod dedi prefatis monachis est ad Bregeium de donatione pedagii Petri prepositi Brengi sunt testes isti : Maria domina Cuselli, Gallo de Cuse, Galterus paneterius, Stephanus, Guillelmus de Clarevallis et plures alii.

39
1188

Artaldus de Marne a donné à l'abbaye de Maizières des droits et des redevances.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/10.

parchemin 190 x 205 mm

latin

Notum sit omnibus quod Artaldus de Marne laudante uxore sua et filiis suis Guidone et Haymaro concessit monachis de Maceriis pro anima sua et antecessorum suorum usuariam per totam terram suam scilicet in pascuis in pos[...] et in plano et usuariam in petraria que est iusta clausum eorum ubi habet partem suam. Preterea dedit eis ob[...]m unum quem debebant ei pro censu de mansu Theobaldi et quatuor censuales denarios dedit eis pro anima fratris sui Bernardi quos debet reddere Petrus pelliparius de Monte Acuto. Predictis quoque monachis concessit quicquid calumpniabatur eis in vineis de Vallibus unde tunc temporis habebant in vestituram et calumpniam quam faciebat eis de vaca una remisit. Ea propter predictus Artaldus habuit de monachis XXXta solidos et Hugo Voherius V. Aucta sunt hec per manum G abbatis anno ab Incarnatione Domine Mo Co octogesimo octavo. Huius rei testes sunt Bernardus et Nicholaus monachi de Maceriis, Hugo Bohe, Lambertus prepositus de Monte Acuto, Hansericus de Mavile, Artaldus de Chamile. Et ut hoc factum ratum sit in perpetuum confirmatum est sigillo Roberti Kabilonensis episcopi.

Annotations :

Marne : Bois-de-Lessard ?

Réserves entre "uxore sua" et "et filiis suis", et entre "reddere" et "Petrus pelliparius".

40
1188

R., évêque de Chalon, fait savoir que Hugo Neellus a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à L'Artelive, Allerey-sur-Saône, Gâtenay, Palleau, Chevigny, Champseuil, Buncort, Écuellen, Beaune.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/11.
parchemin 245 x 145 mm
latin

R Dei gratia Cabilonensis episcopus omnibus fidelibus Christianis scriptum istud legentibus et audientibus salutem et stabilem in Domino pacem. Quod vidimus et audivimus hoc testamur. Testificamur quod Hugo Neellus infirmitate lepre percussus reddidit se Deo et monachis de Maceriis et dedit in elemosinam tam pro anima sua quam pro suis antecessoribus totam terram suam sicut partitus est cum fratre suo in bosco et in plano videlicet partem suam de Arteliceva et censuales consuetudines quas habebat apud Hylere et unum masum apud Gastenai quod tenent Litosin et unum masum apud po[rtum] Paluel quod tenent Johannes Angelerd et frater eius et apud Chivigne masum quod tenet Valterus Peilevilani et masum Brunet et censualem consuetudinem quam habet apud Champsuis et IIIor solidos censuales quos Renaudus Amorosus debebat ei apud Bernam et duos solidos in quadam vinea de qua domina Aigleta tenet medietatem et Brunet aliam medietatem et XIIcim denarios in una vinea que est apud Buncort et censum quem debebant ei monachi dimisit eis. Preterea dedit eis Constantinum Valier de Berna cum suo tenemento et quicquid habebat apud Escoela. Huius rei testes sunt Stephanus Brotez, Albericus prior, Bernardus subprior, B Moranz, Hunbertus de Rinial, Christinus et Bauduinus monachi et ut ista ista donatio rata sit imperpetuum presentem kartam sigillo nostro signavimus precibus predicti Hugonis anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXo VIIIvo.

41
1189

Fin de la querelle entre Radulfus de Pommard, clerc de Beaune, et l'abbaye de Maizières au sujet de biens situés à Verioessa.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 232.
 parchemin 105 x 210 mm
 latin

CYROGRAPHUM. Presentis attestacione cyrographi noverint tam presentes quam futuri quod controversia que vertebatur inter monachos et Radulfum de Pomarco Belnensem clericum per interpositionem iuramenti super quadam planta que est in Verioessa in hunc modum terminata est. Dictum siquidem fuit et precipue consilio Birardi Jordani quod predictus Radulphus quiete et in pace tenebit plantam illam usque ad Surrellum quod est desuper plantam Laurentii de Boies quod protenditur usque ad planiciem Chaume de qua prius reddebat Bernardo militi de Magno Campo duos denarios sed pro reformatione facte pacis additur unus denarius duobus denariis ita quod tres denarios reddet annuatim Radulphus memoratis monachis in festo sancti Bartholomei et pro censu isto Radulphus usque ad prefatum Surrellum quiete et libere possidebit. Dederunt etiam monachi eidem Radulpho quandam peciam terre pro vinea edificanda que adheret sepedicto Surrello et de illa pecia reddet Radulphus ecclesie Maceriarum singulas annis tres denarios in festo sancti Bartholomei. Et pecia illas cum toto edificio post obitum Radulphi ad ipsos monachos revertetur. Inde sunt testes : dominus Leobaldus Ieremie, Girardus Jordanus, Odo Bertelans, Hugo de Aspres. In testimonium huius rei monachi Maceriarum habebunt medietatem huius cyrographi sigillo Beate Marie Belnensis insignitam. Altera medietas cyrographi erit penes Radulfum sigillo abbatis de Maceriis communita. Actum est anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo octogesimo nono.

Annotations :
 Noms de lieux nons identifiés.

42
 1189

Manasses, évêque de Langres, fait savoir qu'il a confirmé la donation de quatre setiers d'huile faite par Gauterius, feu évêque de Langres, à l'église de Lugny. Ce cens était dû par l'abbaye de Maizières.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264.
 parchemin 95 x 110 mm
 latin

« carta de oleo » (XII^e-XIII^e siècle).

Ego Manasses Dei gratia Lingonensis episcopus notum facio tam presentibus quam futuris quod IIIlor sextaria olei que dedit dominus Gauterius quondam predecessor noster domui Luvigneii eidem domui confirmavimus quem censum domus de Maceriis singulis annis debet reddere ad mensuram Divionis apud Divionem in domo Cistercii infra octavas Purificationis fratribus domus memorare pro possessione de Blagneio quam tenet ab ecclesia Lingonensis. Testes : Willermus abbas Cistercii, Pontius cellerarius, Borno abbas de Firmum, Nocherius decanus Divionensis. Actum anno Incarnationis Domini Mo Co LXXXo IXo.

43
1190

Hugo, doyen de Neublans, fait savoir que Bartholomeus de Chaisales et son frère Rainaldus ont donné à l'abbaye de Maizières des pêcheries situées à Chaiseles.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/15.
parchemin 150 x 170 mm
latin

Ego Hugo decanus de Neblens notum fieri volo tam presentibus quam futuris quod Bartholomeus de Chaisales et Rainaldus frater eius dederunt Deo et monachis Sancte Marie de Maceriis absque ulla retentione quicquid habebant in benna de Chaiseles concesserunt etiam liberam piscationem per totam aquam ad opus generalis capituli. Qua de re iam dicti monachi postquam in predicta benna molendinum construxerint unum bichetum siliginis Bartholomeo et alium Rainaldo censualiter dare debent tantum modo dum vixerint. Preterea si secundum formam ordinis adpud Macerias in extremis devenerint ut familiares eos recipiant. Acta sunt hec anno Incarnati Verbi Mo Co XCo apud Belnam in presentia mea et donni G abbatis de Maceriis. Testes : Willelmus, Hubertus, Wichardus monachi, Orphaudus, Girardus conversi, Arnulphus, Stephanus presbiteri et Julianus clericus, Ogerius et Guido de Chaisales.

Annotations :
Chaisales : Chaussin (Jura) ?

44
1190

Hugo, duc de Bourgogne et comte d'Albon, fait savoir qu'il a donné à l'abbaye de Maizières un revenu de soixante sols sur la villa de L'Abergement-lès-Seurre.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/16.
parchemin 175 x 130 mm
latin

Hugonis ducis Burgundie in villa que dicitur Labergement (XII^e-XIII^e siècle).

Ego Hugo dux Burgundie et comes Alboni omnibus tam presentibus quam futuris impressione sigilli mei notifico quod anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXXo iter Iherosolimam aggrediens dedi et concessi Deo et Sancte Marie de Maceriis in elemosina Odone filio meo apud Bernam laudante pro remedio anime mee et filiorum et filiarum mearum et antecessorum meorum LX solidos imperpetuum possidendos et in festo sancti Remigii singulis annis in villa que vocatur Herbergement que est ultra Argilleum recipiendos. Sciendum vero quod isti nummi debent reddi monachis de Maceriis de primis nummis quos homines prefate ville in predicto termino reddunt post illos nummos qui redduntur monachis de Virgeio. Huius rei testes sunt : Villermus tunc abbas Cistercii, Magnus cellerarius Cistercii, frater Guido dictus abbas Maceriis, frater Tecelinus monachus Maceriis, Odo filius ducis magister Hugo notarius ducis, Gotefridus, Iohannes Lirosez tunc prepositus Divionis.

45
1190

Odo, fils du duc de Bourgogne, fait savoir qu'une querelle avait éclaté entre les moines de l'abbaye de Maizières, le Temple de La Chapelle (Demigny) et les hommes de La Chapelle au sujet de territoires : le territoire Des Hasteex, de La Forest Reynayu, et de Grand Curaine.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/12.
parchemin 220 x 275 mm
latin

Ego Odo filius ducis Burgundie omnibus tam presentibus quam futuris notifico et testifcor quod quedam controversia versabatur inter monachos de Maceriis et Templarios de La Chapellae et homines de La Chapellae de tribus territoriis videlicet de territorio Des Hasteex, de territorio de La Forest Reynayu et de quarta parte territorii Magne Curine. Que tria territoria predicti homines de La Chapellae tali consuetudine et tali usualitate calumpniabantur quod cum terra eorundem territoriorum excoleretur redditis terciis monachis de Maceriis illi prefati homines eadem territoria possent vendere et invadiare et filias maritare et ad libitum suum facere. Quibus ita calumpniantibus monachi de Maceriis contradicebant et vim et iniuriam sibi a prefatis hominibus de La Chapellae inferri asserentes totum territorium des Hasteex et totum territorium de La Forest Reynayn et similiter quartam partem totius territorii Magne Curine sui iuris esse libere omni usualitate remota affirmabant et mihi et patri meo multociens de tanta iniuria et de dampno quod incurrebant idem monachi proclamationem faciebant. Idcirco controversiam illam sopire et fine debito terminare curavi. Facto nanque in curia patris mei Hugonis scilicet ducis Burgundie antequam iter Ierosolimitanum aggredere iudicio et post recessum eius in curia mea declarato et prosecuto eodem iudicio memorata controversia in tantum declarata est et examinata quod cognita veritate apud Divionem in curia mea predicta terra monachis de Maceriis adiudicata est et libere reddita. Et quoniam pretaxati homines de La Chapellae male et iniuste possederant quicquid monachi de Maceriis pro illa controversia expenderant vel perdiderant ab eisdem hominibus de La Chapellae esse persolvendum monachis est iudicatum. Ut autem discordia ista in perpetuum sit sopita et [terminata] impressione sigilli mei presentem cartulam muniri precepi. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo. Huius rei testes sunt isti : frater Guido tunc abbas Maceriarum, Villermus, Nicholaus, Tecelinus monachi de Maceriis, Pontius cellerarius Cisterciensis, Stephanus de Monte Sancti Johannis, Aymo dominus Marrignei, Guido de Marrigneio, Renerius de Chastelux, Renaudinus de Verneto, Humbertus de Porta, Hugo de Chasuel, Leobaudus Ieremie, Guiardus Libesors, Guido Libessors nepos eius, Renaudus vicarius Edue, Huo de Aspres, Petrus tunc prepositus Chaignei, Alnufus Serianz et plures alii.

Annotations :

Hésitation sur la graphie « Reynayn » ou « Reynayu » car le scribe forme bien ces lettres.

A cause d'un trou dans le parchemin, « [terminanta] a été restitué d'après les lettres restantes. Le scribe du cartulaire de l'abbaye de Maizières a éludé cette partie de l'acte dans sa transcription.

Guido, abbé de Maizières, cité de 1187 à 1213.

Pontius cellierier de Cîteaux cité dans le fonds de l'abbaye de Cîteaux de 1186 à 1200.

Les actes passés au nom de "Odo filius ducis Burgundie" dans les fonds de Maizières et de Cîteaux sont tous datés de 1190 et 1191.

Cet acte est en double dans la liasse : voir H 54/13.

46
1190

Copie scellée de l'abbé de Cîteaux de l'acte selon lequel Odo, fils du duc de Bourgogne, fait savoir qu'une querelle avait éclaté entre les moines de l'abbaye de Maizières, le Temple de La Chapelle (Demigny) et les hommes de La Chapelle au sujet de territoires : le territoire Des Hasteex, de La Forest Reynain, et de Grand Curaine.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/13.
 parchemin 155 x 230 mm
 latin

[Ego Odo filius ducis] Burgundie omnibus tam presentibus quam futuris notifico et testificor quod quedam controversia versabatur inter [monachos de Ma]ceriis et Templarios de La Chapellae et homines de La Chapellae de tribus territoriis videlicet de territorio [Des Hasteex, de] territorio de La Forest Raynain et de quarta parte territorii Magne Curine. Que tria territoria predicti homines [de La Chapellae] tali consuetudine et tali usualitate calumpniabantur quod cum terra eorumdem territoriorum excoleretur redditus [ter]ciis monachis de Maceriis illi prefati homines eadem territoria possent vendere et invadiare et filias maritare et ad libitum suum facere. Quibus ita calumpniantibus monachi de Maceriis contradicebant et vim et iniuriam sibi a prefatis hominibus de La Chapellae inferri asserentes totum territorium des Hasteex et totum territorium de La Forest Raynain et similiter quartam partem totius territorii Magne Curine sui iuris esse libere omni usualitate remota affirmabant et mihi et patri meo multociens de tanta iniuria et de dampno quod incurrebant idem monachi proclamationem faciebant. Idcirco controversiam illam sopire et fine debito terminare curavi. Facto namque in curia patris mei Hugonis scilicet ducis Burgundie antequam iter Hierosolimitanum aggredere iudicio et post recessum eius in curia mea eodem iudicio declarato et prosecuto memorata controversia in tantum declarata est et examinata quod cognita veritate apud Divionem in curia mea predicta terra monachis de Maceriis adiudicata est et libere reddita. Et quoniam pretextati homines de La Chapellae male et iniuste possederant quicquid monachi de Maceriis pro illa controversia expenderant vel perdiderant ab eisdem hominibus de La Chapellae esse persolvendum monachis est iudicatum. Ut autem discordia ista in perpetuum sit sopita et terminata impressione sigilli mei presentem cartulam muniri precepi. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co nanagesimo. Huius rei testes sunt isti : frater Wido tunc abbas Maceriarum, Willermus, Nicholaus, Tecelinus monachi de Maceriis, Pontius cellerarius Cisterciensis, Stephanus de Monte Sancti Johannis, Aymo dominus Marrignei, Wido de Marrigneio, Renarius de Chastelum, Renaudus de Verneto, Humbertus de Porta, Hugo de Chasuel, Leobaudus Ieremie, Guiardus Libesors, Wido Libesors nepos eius, Renaudus vicarius Edue, Huo de Apres, Petrus tunc prepositus Chaignei, Arnulfus Serianz et plures alii.[retour à la ligne] Ego W. dictus abbas Cistercii huic cartule nostrum feci sigillum apponi in testimonium quod sicut in presenti transcripto continetur ita in scripto autentico sigillo domini Odonis filii ducis sigillato contineatur quod oculis nostris et inspeximus et legimus.

Annotations :

Voir dans la même liasse le même acte écrit au nom de Odo, fils du duc de Bourgogne : H 54/12.

Rongé dans le coin supérieur gauche, texte manquant indiqué « [...] », ou restitué grâce à l'autre acte.

La dernière phrase « Ego W. dictus... » a été ajoutée au bas de l'acte, pas une autre main, avec une encre plus claire. Elle est précédée d'un signe graphique non identifiable (« s » ou « p » abrégé ?). Cette phrase nous apprend que l'abbé de Cîteaux, Guillaume, a ajouté son sceau à cet acte, qui est une copie, et que l'abbé de Cîteaux a bien vu et lu l'acte original. Il s'agit cependant d'une copie contemporaine de l'original.

L'abbé de Cîteaux est sans doute Guillaume III : janv 1190 – 3 janv 1194 (Guillaume IV de Montaigu : 1238-1243).

47
1190

Willelmus, abbé de Léoncel, fait savoir que Galterius de Corbertault a donné à l'abbaye de Maizières des biens et des hommes notamment situés à Répant, Saint-Loup, Bully.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 58.
parchemin 165 x 240 mm
latin

Galterii de Corbertaut (XIII^e siècle).

Ego Willelmus abbas Liuncelli notum fieri volo tam presentibus quam futuris quod Galterius de Corbertaul anno Incarnati Verbi Mo Co XCo dedit et concessit Deo et monachis Sancte Marie de Maceriis libere et sine aliqua retentione in perpetuum possidendum quicquid eis calumpniabatur scilicet apud Chaunia, apud Cheneves, apud Bulleium, apud Les Bateyz, apud Morget, apud Rispens cum omnibus appendiciis suis et apud Curceles et vineam Bruilart et duos homines de Sancto Lupo cum tenementis suis quos habuit de domino Girardo de Reone. Pretera si qua de calumpnia et de querela que inter se et prefatos monachos versabatur tradita erant oblivioni que ibi non essent annotata pro remedio anime sue et suorum similiter dedit. Huius rei testis sum ego Willelmus tunc abbas Liuncelli qui presentem cartulam precibus iam dicti Galterii sigilli mei inpressione premunivi. Sunt et alii testes : Guido tunc temporis abbas de Maceriis et Albericus prior, Bauduinus, Tecelinus monachi, Rainaldus canonicus et Seguinus fratres eiusdem Galterii, Johannes de Pontico, Rainaldus de Corbegneo, Lebauldus Iheremie.

48
1190

Odo, fils du duc de Bourgogne, fait savoir qu'une querelle avait éclaté entre l'abbaye de Maizières et Stephanus de Cissey au sujet de la villa de Cissey.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 138.
parchemin 225 x 140 à 160 mm
latin

De Sysseyo (XIII^e siècle).

Ego Odo filius ducis Burgundie omnibus tam presentibus quam futuris notifico quod controversiam de villa Sissey que inter monachos de Maceriis et Stephanum de Sisseyo versabatur in hunc modum terminare curavi videlicet quod isdem Stephanus iuravit apud Chaygneum et filii sui iuraverunt apud Marsuel quod in villa Sissey nullam questam absque monachis de Maceriis facerent et nichil in eadem villa sine eisdem monachis caperent vel quererent. Si autem predictus Stephanus vel filii eius ab hoc pacto resilirent et infra VII dies posquam idem monachi eundem Stephanum requisierint isdem Stephanus non emendaverit ipsemet Stephanus villam Sissey sine contradictione monachis parciatur. Preterea testificor quod de iniuria monachis ab eodem Stephano facta et infra VII constitutos dies in quibus eum monachi requisierunt non emendata mihi proclamationem monachi fecerunt et IIIIta dominica post Pascha anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXXXo in curia mea apud Bernam testibus

appositis compositionem fractam et infra VII iam predictos dies non emendatam monachi probare parati fuerunt. Sed isdem Stephanus iudicium curie mee essequi voluit. Huius rei testes sunt : Guido tunc abbas Buxerie, Humbertus prior Buxerie, Guido abbas Maceriarum, Villermus, Bauduinus, Bernardus, Nicholaus, Tecelinus monachi de Maceriis, prior Bernensis Lombardus et magister Guido frater eius, Robertus de Balvello monachus Divionensis, Renaudus de Verneo, Humbertus de Porta, Hugo de Chaseol, Huo de Cherreo, Guido de Corrabue, Arnulfus de Milmanda, Leobaudus de Corbortal, Galterus de Corbortal et Seguinus frater eius, Odo Berne decanus, Hugo Motez, Robertus de Monz et Filibertus filius eius, Renaudus Belledent, Villermus de Chaudenay, Arnulfus Serianz, Hugo de Laye et plures alii.

49

1190

Guillelmus, abbé de Léoncel, fait savoir que Sibilla, surnommée Salvagia, ses fils, et Petrus de Sainte-Marie-La-Blanche, ont donné à l'abbaye de Maizières une terre située à Puligny.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 246.
 parchemin 140 x 205 mm
 latin

« Salvagie. Carta Salvagie de terra qua calumniabatur apud Puligniacum » (XII^e siècle).

Ego frater Guillelmus dictus abbas Leuncelli omnibus tam presentibus quam futuris impressione sigilli mei notifico quod Sibilla cognomine Salvagia et duo filii eius videlicet Hugo et Petrus de Sancta Maria La Blayche pro remedio animarum suarum et suorum dederunt Deo et Sancte Marie de Maceriis in perpetuum possidendum terram quam calumpniabantur sibi apud Puligneum anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXXo. Hac igitur decausa monachi de Maceriis concesserunt eis participationem spiritualium bonorum et predicto Hugoni et Petro fratri eius in fine sepulturam salvo [...] testes sunt : Albericus tunc prior de Maceriis, Bauduinus mo[...]bertus capellanus Sancte Marie La Blayche, Petrus Reygne de Muresal et Hugo filius eius, Nicholaus Odebers de Muresal, Giro et plures alii.

Annotations :
 Acte rongé.

50

1190, 11 octobre

Rodulfus, archiprêtre d'Allerey-sur-Saône, fait savoir que Estrangia, dame de Palteau, doit apporter aide et conseil en maatière de justice pour tout ce qui touche aux biens de l'abbaye de Maizières situés à Allerey.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/14.
 parchemin 115 x 205 mm
 latin

Ego Rodulfus archiprebister Halerei omnibus tam presentibus quam futuris notifico et impressione sigilli mei testificor quod Estrangia domina Paluelli debet esse auxiliatrix iure et consiliatrix et manutere hoc quod monachi de Maceriis habent in villa Halerei de Hugonello

Nahal et de Humberto de Sancto Marcello et mansum Evrardi quod prefata domina in suo tenebat memoratis monachis libere reliquit et concessit. Acta sunt anno ab Incarnatione millesimo centesimo nonagesimo feria quinta ante festum Luce evangeliste apud Halereium. Huius rei testes sunt : Tecelinus monachus de Maceriis, Bernardus presbiter nepos archipresbiteri, Odo presbiter, Teobaudus clericus, Hugo de Ruelleo, Villelmus et Stephanus filii predictae Estrangie, Richardus de Pusseo, Rodulfus de Chanssux, Seguinus de Varuse, Matheus, Johannes maior, Perrinus de Igneu, Hugo medicus.

Annotations :

saint Luc 1190 : jeudi 18 octobre.

51

1190, après 8 septembre

Renaudus de Grand-Champ a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Chenôve.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.

parchemin 180 x 235 mm

latin

« De domino Renaudo de Duesperex pro monte de Canabis » (XII^e-XIII^e siècle).

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod quando Renaudus de Grandi Campo dedit monachis de Maceriis hoc quod habebat in monte de Canabis dedit Renaudus de Duesperex Deo et Sancte Marie de Maceriis pro remedio anime sue et suorum quicquid habebat in monte de Canabis a via et supra que descendit de fonte de Canabis et tendit apud Pernant et campum de Lacumbe Bernart pro IIIor nummis censulibus. Hanc vero elemosinam recognovit predictus Renaudus de Duesperex et iterum laudavit et concessit predictis monachis infra grangiam de Canabis anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXX die tercia ante decollationem Johannis Baptiste coram his testibus : Guidone abbate Maceriarum, Tecelino, Johanne monachis Maceriarum, Guidone, Christiano, Odone, Viaudo, Petro conversis Maceriarum, Costantino presbitero Belignei, Renaudo de Verrerex, Godone Garoz, Audrico, Horrico. Hoc donum laudavit prefato anno tercia die post festum Nativitate beate Marie Regina uxor eiusdem Renaudi, Altaudus, Leobaudus, Odo filii eius et Petronilla filia eiusdem. Preterea sciendum est quod monachi de Maceriis debent prefato Renaudo VIII denarios censuales pro vinea de Costerclex in qua particibatur Erricus Amerosus et Ismerius et IIIo denarios censuales pro vinea Costantini presbiteri de Belignei de Costerclex quos omnes predictos nummos XVI videlicet iam sepepredictus Renaudus debet querere converso qui moratur ad Belnam in domo de Maceriis in die Nativitate sancte Marie vel per se vel per nuncium suum. Ut autem hoc magis ratum imperpetuum teneatur presens cartula sigillo generalis capituli Sancti Dionisii Virgei sigillata fuit anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo apud Virgeum. Huius rei testes sunt Petrus decanus Virgei, Johannes, Billonus, Nicolaus, Ansericus canonici Virgei, Villermus Tafuz et Leobaudus filius eius, Tecelinus monachus Maceriarum et Hugo nepos eius, Guido de Salex clericus, David de Flure maior maior monachorum Virgei, Berterdus Lirichis, Hugo Boium, Hugo cambellanus Huonis Vergei, Costancius cellerarius, Christianus de Muulleo. Predicta Regina et Leobaudus et Altaudus filii eius laudaverunt hoc apud Muulleum coram Renaudo de Grosbos, Legerio de Meuille, Petro Maygnerio, Rodulfo de Vire, Hugone nepote fratris Tecelini, fratre Tecelino monacho de Maceriis.

Annotations :

« querere » : le scribe avait d'abord écrit « querele », il a pointé le « t » et ajouté un « r » en interligne pour indiquer son erreur.

Chenôve, commune de Savigny-lès-Beaune, ancienne grange de l'abbaye de Maizières.

52

1190, vers

Hugo, duc de Bourgogne et comte d'Albon, et Odo, son fils, font savoir que Stephanus de Cissei et l'abbaye de Maizières ont conclu une paix, au sujet de biens situés à Cissei.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 138.

parchemin 190 x 270 mm

latin

Hugo dux Burgundie et Albonii comes et Odo filius eius omnibus cartam istam legentibus et audientibus salutem. De controversiis et querelis que iam diu versabantur inter Stephanum de Sisse et domum de Maceriis pacem facere sollicitè curavimus. Congrebantur monachi quod idem Stephanus in villa de Sisse prepositum per se mittere volebat et in villa illa sine monachis iusticiam habere. Iterum congregantur quod multas questas faciebat in villa de Sisse de quibus monachi partem suam non habebant. Pro bono igitur pacis concordavimus ut in villa de Sisse prepositum communi assensu mittant et iusticiam in eadem villa communem habeant et quod predictus Stephanus et filii sui in prefata villa aliqua violentiam vel questam sine consensu monachorum non faciant. Pacem istam firmam tenere idem Stephanus et filii eius iuraverunt et interim predicti monachi villam non partientur Stephano et filiis suis dum istam custodire et tenere pacem voluerint. Si vero memoratus Stephanus vel aliquis de filiis suis fregerit pacem istam et hoc per manum nostram emendare noluerit vel non potuerit predictam villam sine aliqua contradictione deimpces partientur monachis. Et ut pax ista firma sit sigillis nostris presentem cartam muniri precepimus. Huius rei testes sunt : Guido abbas de Buxeria et Hunbertus prior, Hugo dominus de Rocha, Willermus et Bertrannus de Saudun, Rainaudus de Verney, Hugo de Chasol, Vilanus miles, Guido Francigena, Hugo prepositus de Gerge, Bernardus et Tecelinus monachi de Maceriis.

53

1192

Guido, fils de Johannes seigneur de Sanctona, fait savoir qu'il a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Saint-Gervais. Son père avait donné à l'abbaye des biens situés à Sanctona, deux sous de cens sur le clos Rostelin et de l'huile sur Chatee dans le manse Des Chalvet.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/17.

parchemin 190 x 160 mm

latin

Ego Guido filius Johannis domini de Sanctona notum facio presentibus et futuris quod pater meus pro anima sua et antecessorum suorum et pro anima matris meę dedit monachis de Maceriis in helemosinam perpetuo possidendam et concessit libere usuaria per totam terram suam et per terram de Sancto Gervasio et in finagiis eius sicut movet de matre mea et sicut mei puris est. Quod si animalia monachorum dampnum fecerint hominibus nostris in frugibus vel in vineis vel in pratis sine lege dampnum restaurabunt. Pastores eorum cum erunt in pascuis ad

usus suos ligna capient in boscho nostro. Hoc donum fecit pater meus apud Sanctona in domo sua me laudante presentibus istis : Guidone abbate de Maceriis, B Morando, Nicholao priore, Guiardo Bysordo et Bysordo filio suo, Brizauda et Willermo filio Ahalardi. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini Mo Co XCo Ilo. Post ea vero eodem scilicet anno pater meus infirmitate corporis gravater dedit predictis monachis II solidos censuales in clauso Rostelin quos debebant ei et oleum de duobus chiveriis de nucibus apud Chatee in manso Des Chalvet. Ego vero et frater meus Poncius hanc helemosinam laudavimus et pia devotione donavimus monachis de Maceriis pro anima patris nostri XVIo kalendis iunii ea scilicet die quando pater noster in cimiterio de Maceriis sepultus fuit. Testis est huius rei conventus monachorum in quorum capitulo donationem istam fecimus. Et ut hoc ratum et firmum sit in perpetuum cartam istam munire fecimus sigillo Guidonis domini de Verdun in cuius presentia recognovimus hanc helemosinam taliter factam. Testes sunt isti qui haudierunt Stephanus de Frances et Tebaudus de curia Bertaudi, Robertus de Sancto Saturnino et Guiardus Bizordus, Bernardus supprior, Aimo de Milmanda.

Annotations :
Sanctona : Santenay ?
 Pièce scellée.

54
1192, 8 avril

Petrus Regina de Meursault a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Corcelles. Son épouse Litiart et ses fils Hugo et Robert ont confirmé cette donation.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 76.
 parchemin 165 x 250 mm
 latin

Petrus Reyna de Muressaut pro decimis de Corcele (XIII^e siècle).

Noverint omnes qui presentem cartam lecturi vel audituri sunt quod Petrus Regina de Murisaut anno Incarnati Verbi Mo Co XCo Ilo IX kalendis martiis concessit et dimisit monachis Sancte Marie de Maceriis in capitulo eorum et in presentia totius capituli quicquid calumpniabatur eis in decima de Curcellis pro se et pro suis hominibus in omnibus locis que pertinent ad decimationem de Curcellis tam sub chimino quam super chiminum de Murisaut. Huius rei testes sunt : Arnulphus de Orchis, Guchardus de Milice, Galterius de Curbertaut, Stephanus de Sisseio, Aschericus et Guido filii eius, Odo Bertelais, Hugo prepositus de Gerge. Hoc etiam laudavit uxor eius Litiart et Hugo et Robertus filii eiusdem Petri VI idus aprilis apud Murisaut. Cuius rei testes sunt : Tecelinus monachus de Maceriis, Hugo nepos eius, Hugo Brunellus et Guido frater eius, Bonellus, Bernardus, Guichardus. Et ut hoc ratum et firmum in perpetuum haberetur iam dictus Petrus siggillo Belnensis capituli munire et siggillare presenteim cartulam fecit.

Annotations :
 Cet acte contient deux transactions faites la même année, mais à deux dates différentes. Nous avons retenu la dernière, qui est la confirmation, même si elle n'est pas forcément la date de l'acte.
 1192, 24 mars, et 1192, 8 avril

1193

*Rainaudus de Cisse*y a donné à l'abbaye de Maizières la vigne appelée vigne aux Journaux situé à Cissey.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 135.
parchemin 125 x 190 mm
latin

Rainaldus de Sesye (XIII^e siècle).

Notum sit presentibus et futuris quod Rainaudus de Sesie laudante uxore sua Haidelina dedit in elemosinam monachis de Maceriis vineam suam que dicitur vinea de Iornalibus apud furnum de Sesie et eos investivit reddendo eis singulis annis duo sextaria vini tali conditione quod post mortem suam vinea ista ad monachos revertetur vel si infra mortem seculo renuntiaverit. Sciendum quoque est quod predictus Rainaudus vineam istam in alienam manum mittere non poterit vel per venditionem vel per gatgeriam vel per aliquam commutationem. Pro hac elemosina monachi Rainaldum et uxorem suam fecerunt participes in specialibus bonis suis. Et ut donum istud firmum sit ad precem et petitionem predicti R carta ista munita est sigillo Belnensis ca[...] Incarn[...] Domini Mo Co LXXXXo IIIo factum est hoc. Testes sunt : Guido [...], Nicholaus abbas de Miratorio, Tecelinus tunc prior de Maceriis, Bernardus M[ora... ?] Horfaudus [?] conversus, Odo Bertelaus, Evrardus de Sesie et Motez.

Annotations :

Acte rongé. L'acte était déjà abîmé au XVIII^e siècle lors de la réalisation du cartulaire.

« vel per aliquam commutationem » : « per » a été ajouté en interligne.

« et Motez » a été rejeté au bout de la dernière ligne.

56

1193-1200

Garnerius, évêque de Langres, donne à l'abbaye de Maizières le territoire de Blagny.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 262. - B. Vidimus de 1230, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 262.
parchemin 125 x 175 mm
latin

« Garnerii Lingonensis pro Blaneyo » (XII^e siècle).

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Garnerius Dei gratia Lingonensis episcopus concedo et confirmo Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis ibi Deo servientibus totum territorium Blaygnei con omnibus appendiciis suis videlicet hominibus, vineis, pratis, nemoribus, aquis, terris cultis et incultis imperpetuum possidendum sicut carta sigillo Manasei tunc decani Lingonensis postea vero facti episcopi testatur. Ut autem hoc magis ratum habeatur impressione sigilli mei presentem cartam munio. Huius rei testes sunt : Harbertus tunc abbas Buxerie, Humbertus prior Buxerie, Guido abbas Maceriarum, Tecelinus monachus eiusdem loci.

Annotations :

Garnier II de Rochefort, évêque de Langres : 1193-1200.

57
1193-1200

M., doyen de Langres, fait savoir que G., évêque de Langres, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés dans la paroisse de Blagny.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 262.
parchemin 85 x 155 mm
latin

Domino et Patri sancte venerabili ecclesie episcopo M. decanus et universum Lingonensem capitulum salutis et servicii plenitudinem. Dominus noster G. Lingonensis episcopus et nos ipsi quandam possessionem que dicitur Blaigneium in parrochia vestra sitam quam ecclesia nostra liberam et ab omni seculari potestate et consuetudine absolutam antiqua possessione possederat et utili ecclesie nostre recompensatione G. abbati de Maceriis et eius successoribus in perpetuum possidendam concessimus. Nunc vero quidam parrochiam vestri nescimus qua presumptione prefatum abbatem et fratres eius super iam dicta possessione conturbare et inquietare presumunt. Unde vestram de qua confidimus benigne exoramus dilectionem quatenus eos de quibus ad vos clamor pervenerit submoneatis ut prenominato abbati pacem teneant aut ~~in ecclesia nostra~~ siquid iuris in sepedicta possessione se habere confidunt in ecclesia nostra adquam possessio pertinere dinoscitur suam experiantur iusticiam. Quod si noluerint de eis abbati immo nobis causa Dei et nostre dilectionis intuitu plenariam iusticiam faciatis.

Annotations :
Garnier II de Rochefort, évêque de Langres : 1193-1200.

58
1193-1200

Manasses, doyen de Langres, fait savoir que Gauterus, évêque de Langres, a donné à l'abbaye de Maizières la villa de Blagny.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 262. - B. Vidimus de 1230, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 262.
parchemin 255 x 155 mm
latin

Manasses Dei gratia Lingonensis decanus et universum capitulum omnibus substituendis in posterum. Noverint presentes et posteri quam sicut a predecessorum nostrorum bone memorie scriptis et veridica relatione didicimus et sancte recordationis Romanorum pontificum actoritate et privilegiis roboratum esse cognovimus veritatis testimonio contestamur. Scilicet Blaigneium quondam villam in pago et diocesi Augustudensi sitam cum omnibus suis appendiciis videlicet hominibus, vineis, nemoribus, aquis, terris cultis et incultis ab omni seculari ex actione seu potestate vel consuetudine liberam longa antiquitate et diutina possessione iuridicioni Lingonensis ecclesie mancipatam. Dominus noster vero Gauterus Lingonensis episcopus cum tocius nostri assensu et consideratione capituli utili recompensatione predictam ecclesie nostre possessionem de Blaigneio cum prenominitis appendiciis et sicut iam diximus liberam Deo et Guillermo abbati de Maceriis et eius successoribus in perpetuum possidendam concessimus et

domini nostri Gauteri episcopi Lingonensis et nostre actoritatis scripto confirmavimus. Siqua igitur ecclesiastica secularisve persona prefatum abbatem vel eius successores super hoc inquietaverit domini pape excommunicationis sentenciam se noverit incursum.

Annotations :

Garnier II de Rochefort, évêque de Langres : 1193-1200.

59
1194

Robertus, évêque de Chalon, fait savoir que Guillelma, épouse de Falco de Sercy, a donné à l'abbaye de Maizières des biens qu'elle possédait à la foire de Chalon, lors de la vente des chevaux.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/18.

parchemin 160 x 185 mm

latin

Uxor domini Falconis de Sercevo (XIII^e siècle).

Ego Robertus Dei gratia Cabilonensis episcopus omnibus tam presentibus quam futuris notifico et impressione sigilli mei testificor quod Guillelma uxor Falconis de Serceio dedit et concessit Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci pro remedio anime sue et suorum quicquid habebat in feria Cabilonensis in venta equorum et equarum et pullorum et huiusmodi. Hanc vero elemosinam laudaverunt Gerardus et Gualterus, Guillelmus, Johannes, Hugo filii sui, Hugueta, Auriz filie sue. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto. Huius rei testes sunt : Andreas presbiter de Fontanex et Bertrandus capellanus eius, Radulfus presbiter Dummei, Villelmus prepositus de Fontanex, Robertus presbiter de Chaudena. Hanc autem prefatam helemosinam laudaverunt prescripti filii coram conventu Maceriarum in capitulo et coram prescriptis testibus.

60
1194

Desideratus et Petitus, fils de Philibertus Gilinus, font savoir qu'ils ont donné à l'abbaye de Maizières une "montée" qu'ils possédaient à Lons-le-Saunier.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/19.

parchemin 240 x 230 mm

latin

Desiderati et Petiti filiorum Philiberti pro montata empta. Pro montata empta (XIII^e siècle).

Omnibus fidelibus Christianis cartam istam legentibus et audientibus. Desideratus et Petitus filii Philiberti Gilini salutem. Notificamus presentibus et futuris quod nos dedimus abbati et monachis de Maceriis pro LXX et V libris Ledonensis monete unam montatam murie quam habebamus in puteo Ledonis et iuravimus super altare Domini et super sanctorum reliquias quod boni et fideles garentitores erimus monachis de hac muria contra omnes homines qui movebant calumpniam de hac venditione. Hoc ipsum iuravit frater noster Rollandus qui

fideiussor est de pace. Sunt etiam fideiussores de pace Haimonardus, Libricus Gilinus, Humbertus Bauduinus, Philibertus Balbus qui in bona sua fide promisit quod venditionem istam manutenebit et erit fidelis garentitor monachis contra omnes calumpnias et ipse habuit de hac venditione XL solidos Ledonenses. Et ut monachi de Maceriis perpetualiter habeant in pace hanc montatam murie et non inquietentur de hac re a parentibus vel heredibus nostris ad nostram precem et petitionem cartam istam sigillo suo munire curavit Durannus sacerdos Ledonis decanus in cuius presentia et audientia. Hec omnia a nobis et a nostris fuerunt recognita sicut littere iste testantur anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXXo IIIlo actum est hoc apud Ledonem. Testes sunt hii : Nicholaus abbas de Miratorio, Guido abbas de Maceriis, Stephanus monachus de Miratorio tunc cellerarius, Robertus conversus et Willermus conversus de Miratorio, Galerannus monachus et Girardus conversus abbatis de Maceriis, Valcherius de Puteo, Bernardus presbiter, Giroidus de Sancto Desiderato, Milo Ytherius, Albricus de Chilliaco, Johannes Morez, Johannes Blanchet, Durannus de Macello, Rainaldus filius eius, Girezt et Senebronus filius eius, Johannes Bosset, Humbertus de Chapey, Rollandus filius Hermenier, Hugo de Bysuntio.

61
1195

Hugo, seigneur de Corcharum et Rupis, fait savoir que Elisiardus, seigneur de Châtel-Moron, a donné à l'abbaye de Maizières des pâtures.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/22.
parchemin 150 x 255 mm
latin

Ego Hugo dominus Corcharum et Rupis omnibus tam presentibus quam futuris notifico et impressione sigilli mei testificor et sum responsor et fidei iussor quod dominus Elisiardus de Chastelmorum dedit et concessit monachis Maceriis pro remedio anime sue et suorum omnes pasturas suas in perpetuum possidendas et in omnibus locis que ad ipsum pertinebant. Hoc vero laudaverunt tres filii predicti Elisiardi videlicet Hugo, Gaufridus, Bernardus. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo quinto. Huius autem rei testes sunt : Humbertus monachus de Maceriis, Robertus de Chastelmorum frater prefati Elisiardi, Bernardus de Castelmorum, Robertus de Chastelmorum, Hugo de Marine et Bernardus frater eius, Huo Dapres, Hugo maior Chorcarum, Tebelinus Lisechoux, Lambertus Liventer.

62
1195

Stephanus, prieur de Saint-Vivant de Vergy, a donné à l'abbaye de Maizières une terre située à Bully.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 216.
parchemin 140 x 155 mm
latin

« Stephani prioris Sancti Vivencii de Verge pro territorio Buliaci » (XII^e-XIII^e siècle).

Notum sit omnibus cartam istam legentibus et audientibus quod ego Stephanus prior de Verge de assensu capituli nostri dedi monachis de Maceriis pro XXII denariis censualibus in mense marcio reddendis terram illam quam ecclesia Sancti Viventii de Verge habebat in territorio de Buglle sicut a nostris servientibus et ministerialibus premonstrata fuit et perquiata predictis monachis. Quod ut ratum sit cartam istam sigillo Sancti Vivencii munire curavimus. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo Vo apud grangiam de Bulle. Testes sunt hii : Bernardus et Villermus monachi de Verge, David maior monachorum de Verge, Arnolinus, Richardus conversus de Maceriis, Hesmeres de Pernant, Laurentius de Bohes.

63
1195

Philippus, fils d'Erricus de Vyilleo, a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Chenôve.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.
parchemin 155 x 210 mm
latin

« Philipi de Vyile », « Philipi de Viille pro dono de Cheneves » (XIII^e siècle).

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Philippus filius Errici de Vyilleo dedit et concessit in elemosina laudante Errico patre suo Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis Deo ibi servientibus quicquid habebat in montibus de Chanebex et omnia in quibus participatur ipse et pater eius cum predictis monachis et debent garentire contra omnes. Acta sunt hec apud Bernam et in capitulo Maceriarum recognita et confirmata anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo quinto et ad petitionem prefati Philippi sigillo Bernensis et capituli Sancte Marie sigillata. Hoc autem donum recognovit predictus Philippus Berne in domo Hugonis Neblensis decani coram eodem Hugone decano et Arnulfo de Channe et Silvestro presbitero et Hugone filio Roberti scribe et Tecelino monaco Maceriarum et fratre Ulfaldo. Huius rei testes sunt conventus Maceriarum, Henricus Amorosus, Odo Bertalaus, Leobaudus Malemayns et plures alii.

Annotations :
Plusieurs lieux : pour la transaction et pour les confirmations.

64
1195, 7 septembre

R., évêque de Chalon, fait savoir que Girardus de Morteuil a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés entre Répant et Morteuil.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166.
parchemin 210 x 220 mm
latin

« Girardi de Mortuhis pro territorio inter Rispens et Mortum » (XII^e-XIII^e siècle).

Ego R Dei gratia Cabilonensis episcopus omnibus cartam istam legentibus et audientibus salutem. Quod vidimus et audivimus hoc testificamur. Notificamus igitur et impressione sigilli nostri testificamur quod Girardus de Mortuis dedit et concessit Deo et Sancte Marie de Maseriis et monachis Deo ibi servientibus in elemosina pro anima sua et antecessorum suorum totum territorium quod interiacet inter Rispens et Mortuis sicut continuatur curvate de Lareverseia et descendit inter prata et campos iuxta Lesairs de Mortuis. Et sicut via dividit que tendit de Mortuis ad Marsurz usque ad Lexar Bernardi Buvum. Calumpniam vero de terris que non sunt predicti Girardi nec suorum hominum vel si qua adhuc suborta fuerit idem Girardus debet pacificare et congruum monachis vel hominibus calumpniatoribus mutuum dare. Acta sunt hec laudante Renaudo nepote suo anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo quinto apud Maserias in infirmitorio vigilia Nativitate beate Marie. Huius autem rei testes sunt : Guido abbas Maseriarum, Stephanus prior, Bernardus subprior, Bernardus, Bauduinus, Humbertus, Humbertus, Guntardus, Durannus, Bernardus, Tecelinus, Enricus monachi Maseriarum, Petrus Hosmars, Bertrandus de Chastaygney, Hugo notarius Cabilonensis episcopi, Villermus Mautalans, Petrus Marchipaly et plures alii.

65
1197

Guido, seigneur de Verdun, fait savoir que Guido Barlandus a donné à l'abbaye de Maizières les biens que son père Guillelmus avait donnés. Ces biens étaient situés à Chevrey.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/23.
parchemin 200 x 200 mm
latin

Ego Guido dominus Virduni omnibus tam presentibus quam futuris notifico et impressione sigilli mei testificor quod Guido Barlandus filius Guillelmi Barlandi dedit me laudante et ad pacem confirmandam laborante et concessit monachis Maceriarum pro elemosinam quam Guillelmus pater suus dederat Deo et Sancte Marie de Maceriis ad Chevre quatuordecim solidos censuales in villa de Chevreo singulis annis in festo sancti Martini reddendos prefatis monachis quos denarios debent reddere prefixo termino homines qui mansa subnotata possidebunt. Mansum videlicet Hugonis Bossevillaym debet XII denarios. Mansum Philiberti Grossi XII denarios. Mansum Boneti XII denarios. Mansum Durandi de Muretaul XII denarios. Mansum Roberti de Horeor XII denarios. Mansum de Perron XII denarios. Mansum Durandi Guiton XII denarios. Mansum Vincentii Vignerii XII denarios. Mansum Philiberti de Chauvor XII denarios. Mansum Bernardi de Perce XII denarios. Mansum Johannis Cornu duos solidos. Mansum Alberti Augrin XII denarios. Mansum Esborgez XII denarios. Hoc autem donum laudavit Petronilla mater prescripti Guidonis Blandi et Felisia soror eius et Guido de Gorsens maritus eiusdem Felisie. Acta vero sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo septimo. Huius rei testes sunt Guido tunc abbas Maceriarum, Aymo et Christianus monachi, Bernardus presbiter Alerei, dominus Daumacius, Teobaudus de Corbertaul, Harverius de Parrigne, Robertus de Lagravere, Bernardus de Gorsens, Galterus Bramancius et plures alii.

66
1197

Guido, seigneur de Verdun, fait savoir que Guido Neauz a donné à l'abbaye de Maizières des biens, des droits et un homme que son frère Hugo Neauz avait précédemment cédés à l'abbaye. L'un des revenus est notamment situé à Volnay.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 336.
 parchemin 155 x 230 mm
 latin

Ego Guido dominus Viriduni omnibus tam presentibus quam futuris notifico et impressione sigilli mei testificor quod Guido Neauz laudavit et concessit Deo et Sancte Marie de Maceriis pro remedio anime sue et suorum totam elemosinam et in hominibus et in plano et posco et in vineis et in pratis et Galterum Pellevilaim quam Hugo Neauz frater suus fecerat monachis Maceriarum. Preterea dedit et concessit prefatis monachis Maceriarum [...] modios vini apud Volenay quos dominus Leobaudus de Corbertaul habet in vadio pro IIIor lib[ris ...]cationibus quod dominus Gervasius presbiter de Sancto Gervasio et Rodulfus frater ei[us ...]derdam territorium quod predictus Gervasius et Rodulfus frater eius tenent et [...] mansum Martini Gaet quod debet singulis annis in festum sancti Martini IIIor solidos et duos bichet[os] avene et duos panes et duas gallinas et duo sextaria vini. Hoc donum laudavit dominus Stephanus de Francex et debet garantire et manutenere et adiuvere. Acta vero sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo septimo. Testes huius rei sunt : Nicholaus cellerarius Maceriarum, Aymo de Milmanda monachus Maceriarum, Johannes de Syez presbiter, Rodulfus de Villenovey presbiter, Filibertus presbiter, Guido filius domini Guidonis, Teobaudus de Varuse, Bernardus de Gorsens, Guido Barlan, Galterus Bramancius, Galnerus prepositus Viriduni.

Annotations :

Acte rongé en son milieu. De rares lettres ont pu être restituées. Acte non trouvé dans le cartulaire du XVIII^e siècle.

67
1197

Garnerius, évêque de Langres, fait savoir qu'une querelle a éclaté entre l'abbaye de Maizières et les frères de Lugny, au sujet d'un cens de quatre setiers d'huile, dû par l'abbaye de Maizières.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264.
 parchemin 145 x 215 mm
 latin

Ego Garnerius Dei gratia Lingonensis episcopus notum facio presentibus et futuris. Quod cum discordia verteretur inter abbatem de Maceriis et fratres de Luvigniaco pro IIIor sextariis olei quos Manasses predecessor meus dedit fratribus Luvignei in elemosinam quod oleum fratres de Maceriis tenentur reddere eisdem fratribus annuatim ad Divionem et ad mensuram Divionis in domo Cisterciensium infra octavas Purificationis pro possessione de Blagneio quam tenent ab ecclesia Lingonensi sicut in carta ab predicto Manasserio fratribus Luvignensibus facta continetur abbate de Maceriis nolente ita reddere prior Luvignei Cistercium venit presente communi capitulo conquerens de iam dicto abbate. Tunc in presentia mea dati sunt eis iudices quatuor Bruno de Monte Petroso, Herbertus de Buxeria, Benignus de Albaripa, Arnaudus de Longovado abbates. Qui visa dicta carta per diffinitivam sentenciam IIIor dictos sextarios ad Divionem reddendos esse iudicaverunt abbate de Maceriis reddere sicut dictum est in presentia mea et eorum promittente. Quod factum ut pax perpetua sequeretur scribere feci et scriptum sigillis quatuor predictorum abbatum confirmare. Et adhuc ut firmiter maneat presente scripto

sigillo meo confirmato reconfirmo. Actum anno Incarnationis Domini Mo Co nonagesimo VIIo.

68

1197, septembre

Burno abbé de Montpeyroux, Herbertus abbé de La Bussière, Benignus abbé d'Auberive et Arnaudus abbé de Longuay font savoir qu'une querelle a éclaté entre l'abbaye de Maizières et le prieuré de Lugny au sujet de quatre setiers d'huile que l'abbaye de Maizières devaient au prieuré de Lugny.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264. - B. Vidimus 1321, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264. - C. Vidimus 1362, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264. - D. Vidimus 1362, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 264.

parchemin 80 x 165 mm

latin

« Carta de oleo de opositione facta Cistercio » (XIII^e siècle).

Ego Burno de Monte Petroso, ego Herbertus de Buxeria, ego Benignus de Albaripa et ego Arnaudus de Longovado abbates omnibus presentibus et futuris notum facimus quod cum querela verteretur inter abbatem et monachos de Maceriis ex parte una et priorem et fratres de Luvigniaco ex parte altera de quatuor sextariis olei quos fratres de Maceriis fratribus de Luvigniaco reddere tenebantur abbate de Maceriis asserente quod apud Belnam reddi debuerant priore et fratribus Luvigniacensibus affirmantibus quod apud Divionem tenebantur persolvi et cum inde idem fratres Luvigniacenses cartam bone memorie M. quondam Lingonensis episcopi haberent quod apud Divionem reddendi erant testificantem nos tandem iussi a capitulo generali visa dicta carta dicti M. quondam Lingonensis episcopi per diffinitivam sententiam fratribus de Luvigniaco dictos IIIor sextarios olei apud Divionem esse reddendos adiudicavimus dicto abbate de Maceriis quod apud dictam Divionem dictos IIIor sextarios olei reddet in nostra presentia promittente. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini Mo Co XCo VIIo apud Cistercium tempore capituli generalis.

69

1198, 23 mars

Hysmerus d'Aubigny a donné à l'abbaye de Maizières Girardus Maville d'Aucey et les biens dudit Girardus. Girardus devra chaque année à l'abbaye un muid et demi de vin et douze deniers.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 7.

parchemin 225 x 155 à 185 mm

latin

Hymerus de Girardo Dauce (XIII^e siècle).

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Hysmerus de Aubigneo laudante et concedente Hugone fratre suo laudavit et concessit in perpetuum monachis de Maceriis libere

Girardum Maville de Auceo et tenementum eiusdem Girardi. Pro quo tenemento isdem Girardus singulis annis reddebat predictis monachis unum modium et dimidium vini et XII denarios. Quod totum erat de chasamento prefati Hymeri et debet Hysmerus iure garantire. Aucta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo Co LXXXo VIIIo apud Bernam Xo kalendis martii in domo de Maceriis et ad petitionem iam sepe dicti Hysmeri sigillo capituli Sancte Marie Bernensis ecclesie sigillata. Pro hoc autem habuit ipse Hysmerus XXX solidos. Huius rei testes sunt : Guido abbas Maceriarum, Nicolaus, Christianus Tecelinus, Bernardus monachi, Petrus, Stephanus conversi, Robertus de Sancto Martino presbiter, Leobaudus, Robertus, Fromundus, Thomas Humbertus clerici, Gauterus de Corbertaul, Petrus de Milpont, Seguinus de Corbertal, Hugo de Malimont, Gauterus de Orchis milites, Henricus Amerosus, Odo Bertolay, Huo Daspres, Philippus Martinus, Viviandus, Bonez.

70
1199

Stephanus, comte de Bourgogne, fait savoir qu'il a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés dans les "montées" de Lons-le-Saunier.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/21.
parchemin 220 x 235 mm
latin

Ego Stephanus comes Burgundie omnibus tam presentibus quam futuris notifico quod ego pro remedio anime mee et patris mei et heredum et antecessorum meorum dedi libere et concessi perpetuo Deo et Sancte Marie de Maceriis et fratribus ibidem Deo servientibus omne illud ius trium solidorum quod ex consuetudine Ledonis habebam in monteis eorum. Dedi insuper et fideliter promisi garantire et manutenere illas supradictas monteias contra omnes calumpnias immunes tam ab omni questione burgensium quam ab omni exactione prepositorum et omnium aliorum hominum. Volo autem et precipio et attentissime rogo quod si ego quod absit vel aliquis heredum meorum in posterum a pacto huius elemosine resilire voluerit terra nostra tandiu excommunicationi subiaceat donec supradictis fratribus de iniuriis et dampnis satisfactum fuerit competenter. Pro hac quoque elemosina excommuni consensu tocius capituli processit quod altare mihi et heredibus meis concessum est in quo singulis diebus missa pro defunctis celebrabitur. Acta vero sunt hec apud Sanctum Laurentium per manum Tecelini monachi et tunc cellerarii Maceriarum anno ab Incarnatione Domini Mo Co nonagesimo nono. Que ut firmiter teneantur sigilli mei munimine roboravi. Huius rei testes sunt Odo notarius meus, Tecelinus monachus et tunc cellerarius Maceriarum, Petrus tunc marescallus meus, Johannes forestarius.

71
1200

Robertus, évêque de Chalon, fait savoir que Arnulfus de Saint-Marcel près de Chalon a donné à l'abbaye de Maizières plusieurs manses.

A. Original, Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54/24.
parchemin 205 x 235 mm
latin

Arnulfi de Sancto Marcello pro manso domini de Balluerre (XII^e-XIII^e siècle).

Robertus Dei gratia Cabilonensis episcopus omnibus presentem cartam legentibus vel audientibus salutem et pacem. Quod vidimus et audivimus hoc testificamur. Testificamur itaque quod Arnulfus de Sancto Marcello extra Cabilonem dedit pro remedio anime sue et suorum in elemosina Deo et Sancte Marie Maceriarum et fratribus eiusdem loci mansum Dominici de Balluerre quod debet IIIor panes et IIIor sextarios vini et duos bichetos avene et XVIII denarios et prandium debetur a monachis duobus comestoribus. Mansum Martini quod debet II panes I bichetum avene XII denarios et prandium debetur uni comestori. Mansum Garini Fornerii quod debet II panes II sextarios vini VIII denarios et prandium debetur uni comestori. Mansum Gaufridi Daclex quod debet II panes I sextarium vini VI denarios et prandium debetur uni comestori. Hoc totum dedit et concessit predictus Arnulfus fratribus Maceriarum libere in perpetuum possidendum. Sciendum vero quod avena ista et vinum debent reddi in vindemiis. Panes autem et denarii in vigilia sancti Martini subcellarario Maceriarum apud Macerias et quislibet panum istorum debet esse unius cartherenche frumenti et ad Buretellum. Hec autem omnia debent esse ad mensuram Gyurei. Hoc laudavit Mathelia mater eiusdem Arnulfi et Bernarda uxor eius. Hoc laudaverunt Bartholomeus de Mascello et Petrus filius eius et sunt fideiussores de pace et laude tenenda. Pro hoc autem facto habuit prefatus Arnulfus in pitantia de monachis Maceriarum XI libras et dimidium Divionensis monete et unam cappam de pannis eorumdem. Hoc iuravit prememoratus Arnulfus bona fide monachis Maceriarum garantire et manutenere contra omnes calumpnias et si frater suus redierit de Ierosolimam quod faciet eum laudare. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo et sigillo nostro confirmata. Huius rei testes sunt : Willermus, Tecelinus monachi Maceriarum, Petrus Pelerinus, magister Hugo canonici Cabilonenses, Guido etiam abbas Maceriarum et Constantinus monachus suus.

72
1200

Robertus, évêque de Chalon, fait savoir qu'une querelle a éclaté entre l'abbaye de Maizières et Guido, fils du seigneur Bertrandus de Saint-Saturnin, au sujet des dîmes de Blagny et de Puligny.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 248.
parchemin 115 x 325 mm
latin

« Guidonis filii Bertrandi de Sancto Saturnino pro decimis de Blaneio et Pulliniaco » (XIII^e siècle, remployée).

Ego Robertus Dei gratia episcopus Cabilonensis omnibus tam presentibus quam futuris notifico et impresione sigilli mei testificor quod controversia que vertebatur inter abbatiam Maceriarum et Guidonem filium domini Bertrandi de Sancto Saturnino de decimis Blaygnei et Pullignei ubi isdem Guido calumpniabatur totam medietatem decimarum tam in vineis quam in terris quas monachi Maceriarum possidebant vel excolebant vel alii seculares ab ipsis possidebant vel excolebant in hunc modum fuit terminata et pacificata quod predictus G dedit et concessit in elemosina pro remedio anime sue et suorum Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis eiusdem loci imperpetuum totam illam medietatem decimarum et integro quam calumpniabatur ibi a petraria in sursum tam in vineis quas prefati monachi ibidem possidebant quam in illis

quas seculares homines tenebant et excolebant et similiter de terris quas monachi a petraria in sursum possident. Si vero a petraria in sursum vinee plantabuntur et edificabuntur similiter concessit libere et ex integro decimam. A petraria autem in iusum per totam decimationem Pullignei dedit et concessit prefatis monachis suam decime medietatem de omnibus terris quas monachi tunc temporis possidebant vel seculares homines ab eisdem monachis tunc temporis tenebant et excolebant. Pro hac vero elemosina dederunt monachi eidem G XL libras Divionensis monete. Hoc iuravit in manu mea memoratus Guido et bona fide promisit manutene et garantire contra omnes calupnias. Si autem ab hoc facto aliquo modo vellet resilire rogavit me ut ipsum et totam terram suam excommunicationi supponerem singulis vero annis dabunt monachi pro hoc dono Guidoni unum denarium censual[iter] tantum in vita sua qui denarius post mortem eius ad monachos revertetur. Hoc laudavit mater sua Humbelina. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini Mo ducentesimo. Huius rei testes sunt : Guido tunc abbas Maceriarum, Tecelinus cellerarius, Stephanus monachus, Frommondus monachus Buxerie, Petrus Pelerinus et Hugo notarius episcopi canonici Cabilonensis, Rodulfus archipresbiter Dumignei, Filibertus presbiter Chaygnei, Robertus presbiter Chaudenai, Bernardus nepos domini Radulfi archipresbiteri, Villermus miles prepositus de Fontaygnex et Bertrandus presbiter eiusdem loci, Teobaudus presbiter Sancti Lupi, Philipus hospitalaris, Bernardus clericus de Bella Cruce, Robertus presbiter Mercurei, Bernardus presbiter Chacei, Tebertus presbiter Chamillei et plures alii.

73

1200

Les fils de Lanbertus de Pernand, Hugo, Petrus et Henricus, ont donné à l'abbaye de Maizières, suite à des querelles, des biens situés dans le bois de Virey.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.
 parchemin 95 x 200 mm
 latin

« De filiis Lamberti de Pernant » (XIII^e siècle).

Notum sit presentibus et futuris quod filii Lanberti de Pernant Hugo, Petrus et Henricus guerpiverunt et dederunt in helemosinam monachis de Maceriis usuriam quam calupniabantur in boscho de Vire quod pertinet ad tenementum Hugonis Bociun et ipsi monachi fecerunt eos beneficiorum suorum spiritualium participes. Hoc idem fecerunt duo filii Hamonis de Pernant, Michael et Rainerius et fidem suam dederunt isti quinque in manu Hesmere maioris de Pernant quod hoc fideliter tenerent audientibus et videntibus hominibus de Pernant qui huius rei testes sunt : Hunbelinus et Constantius filius eius, Henricus et Atzo frater eius, Rainaudus frater Hesmere et Laurentius de Bohes. Pro bono autem pacis et concordie dederunt monachi predictis V calupniatoribus XXX solidos. Ut res ista firma sit carta ista sigillata est sigillo capltuli de Belna anno ab Incarnatione Domini Mo CCo.

Annotations :

A rapprocher du Grand Virey ? Le Grand Virey est aujourd'hui un bois au sud-ouest d'Échevronne.

Le scribe a écrit « capltuli » et non « capituli ». Il a tendance à abrégé le « o » (par exemple dans millesimo) comme le « us » (par exemple filius).

74

1200, vers

Hugo Bucius a donné à l'abbaye de Maizières des biens situés à Chenôve et à Virey.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.

parchemin 145 x 285 mm

latin

Ego Hugo Bucius dedi et concessi monachis de Maceriis quidquid habebam in territorio de Canabis et quidquid habebam in territorio de Virey et quod ibi alius tenebat de me quartam videlicet partem sicut tendit cunba que est inter Pernant et Virey versus Eschevrona sub censu X solidorum quos mihi vel nuntio [...]neo reddere debent octo dies ante festivitatem sancti Johannis Baptite vel octo post et ego sine occasione recipere. Hunc autem censum dedi et concessi eis post obitum meum pro anima mea. Ea propter predicti monachi fecerunt me et uxorem et filios meos participes in missis, in orationibus et omnibus beneficiis suis spiritalibus et de temporalibus beneficiis dederunt mihi C solidos et equum unum et duas vaccas uxori meę et XXX agnos et duobus ministerialibus meis X solidos. Hoc donum laudavit uxor mea Dameruns et filii mei Hugo, Girardus et filia mea. Quod factum ut ratum sit et firmum in perpetuum sicut ipsi monachi voluerunt et petierunt premunivi cartam istam sigillo fratris mei Petri decani de Vergi et sigillo domini G de Reun et de sigillo domini G de Vergi per quorum manum hec facta sunt et ipsi testes sunt. Testes sunt etiam : Johannes prior Cistercii, Bernardus prior de Maceriis, Bernardus supprior, Libaudus, Galerannus, Cono, Odo, Robertus cellerarius, Willermus, Stephanus monachi, Odo et Angelerius conversi, Christiaanus capellanus de Vergi, Henricus de Milpont, Libaudus Rebristes, Libaudus de Sancto Marcello, Guiardus de Gislensz et Hugo Botavilain et Lanbertus de Pernant, Duo Liplans, Duo Chabois, Jofredus de Valle.

Annotations :

Hugo Bucius (Bociun) est cité dans un acte daté de 1200.

« Girardus et filia mea » : réserve entre « Girardus » et « et filia mea ».

« Duo » est-il un prénom ? ou est-ce que ça signifie qu'il y a deux Liplans et deux Chabois ?

Acte trouvé.

75

1216, 1 mars

Bertrandus de Saudon fait savoir que la querelle entre lui et l'abbaye de Maizières, au sujet de biens situés à Chenôve, a été réglée.

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 304.

parchemin 140 x 390 mm

latin

Ego Bertrandus de Saudum omnibus tam presentibus quam futuris notifico quod controversia que vertebatur inter me et monachos Maceriarum de pluribus querelis in hunc modum fuit pacificata de omnibus quod dedi et concessi predictis monachis quicquid calumpniabar in campo qui est sub vinea quam Arnulfus de Channeo canonicus Belne tunc possidebat per quem erat ascensus apud Chenevex et feci exquitate in pace de omnibus calumpniis et similiter si aliquid iuris habebam in predicta vinea quam prefatus Arnulfus de Channeo tunc possidebat. Usuarium vero que calumpniabar in territorio de Chenevex similiter imperpetuum concessi eis et guerpivi. Usuarium autem que homines Sancti Petri Cabilonensis habebant in bosco de

Chenevex faciam tenere et servare sicuti in carta continetur quam monachi Maceriarum habent a monachis Sancti Petri Cabilonensis videlicet ut deferant tantum ligna ad calefaciendum se. U[...] quas Petrus presbiter Savignei monachis in elemosina dederat similiter concessi eis. Cetera vero omnia que sunt in potestate et territorio Savignei tam vineas quam terras et boscos bona fide pro posse meo manutenebo et garantibo. Pasturas siquidem et usuaria in omni dictione et potestate Savignei sicuti habebant tempore Hugonis ducis Burgundie ultra Mare Mortui ita eis concessi hoc iuravi ego Bertrandus super artare sancti Casiani fideliter tenere et custodire. Hoc laudaverunt et pariter iuraverunt super idem artare uxor mea de Monte Sancti Johannis et filii mei scilicet Hugo, Bertrandus, Villermus. Hoc laudavit Petrus Gaberaux. Acta sunt hec apud Savigneum anno ab Incarnatione Domini Mo ducentesimo XV kl marcii et sigillo meo et sigillo beate Marie Belnensis ecclesie confirmata. Huius rei testes sunt Nicholaus abbas Buxerie, Humbertus de Channeo monachus, Guido abbas Maceriarum, Tecelinus monachus, Raymondus de Corbigne, Guido Liseschax, Arnulfus de Channeo canonici Belne, Guido de Channeo canonicus Vergei, Robertus presbiter, Odo decanus mile[s, Gui]do de Nu[...] miles, Landricus Grieta, Petrus Gaberax, Odo prepositus Bucei, Petrus de Boex, Laurencius de Buex, Johannes Berrum.

Annotations :

« territoritorio » : le scribe a mis des pointillés sous « tori » indiquant son erreur.

Acte troué.

76

1230, 2 septembre

Vidimus de D., évêque de Chalon, de deux actes selon lesquels Garnerus, évêque de Langres, a donné à l'abbaye de Maizières le territoire de Blagny (actes s.d., datables de 1193-1200).

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 262.

parchemin 150 x 265 mm

latin

Reverendo in Christo Patri. Episcopo Lingonensi et venerabili decano et capitulo eiusdem ecclesie D. miseratione divina Cabilonensis ecclesie minister humilis, Willermus archipresbiter de Dumigne Cabilonensis diocesis salutem eternam in domino. Noverit dilectio nostra quod nos originalia de quibus sumptum est presens transcriptum [vidi et de] verbo ad verbum legimus et diligenter inspeximus que sana erant et integra in nulla sui parte diminuta : Manasses Dei gratia Lingonensis decanus et universum [capitulum omnibus sustituentis in] posterum. Noverint presentes et posteri quam sicut a predecessorum nostrorum bone memorie scriptis et veridica relatione didicimus et [sancte] recordacionis Romanorum pontificum auctoritate et privilegiis roboratum esse cognovimus veritatis testimonio contestam. Scilicet Blagneium quondam villam [in p]ago et diocesi [Augustudensi] sitam cum omnibus suis appendiciis videlicet hominibus, vineis, nemoribus, aquis, terris cultis et incultis ab omni seculari ex actione seu potesta[te vel consuetudine liberam] longa [antiquitate] et diutina possessione iuridicioni Lingonensis ecclesie mancipatam. Dominus vero [noster Gauterus] Lingonensis episcopus cum tocuis nostri assensu [et consider]atione capituli utili recompensatione [predictam ecclesie nostre possessionem] de Blagneio cum prenominatis appendiciis et sicut [iam diximus liberam] Deo et Guillermo abbati de Maceriis et eius successoribus imperpetuum possidend[am concessimus et domini] nostri Gauteri episcopi Lingonensis et nostre auctoritatis scripto confirm[avimus. Siqua igitur ecclesiastica] secularisve persona prefatum abbatem vel eius successores super hoc inquietaverit domini pape excommunicationis sentenciam se noverit

incursurum. Notum sit [omnibus] tam presentibus quam futuris quod ego G[arnerius] Dei gratia Lingonensis episcopus concedo et confirmo Deo et Sancte Marie de Maceriis et monachis ibi Deo servientibus to[tum territorium] Blagnei cum omnibus appendiciis suis [videlicet] hominibus, vineis, pratis, nemoribus, aquis, terris cultis et incultis imperpetuum possidendum sicut carta sigillo Manassei tunc decani Lingonensis postea vero facti ep[iscopi testatur.] Ut autem hoc magis ratum habeatur impressione sigilli mei presentem cartam munio. Huius rei testes sunt : Harbertus tunc abbas Buxerie, Humbertus prior Buxerie, Guido abbas Maceriarum, Tecelinus monachus eiusdem loci. In huius rei testimonium et adpleniorem fidem nobis et omnibus qui presens transcriptum legerint et vi[...] presenti pagine sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno Domini [...]mo ducentesimo XXXo. In crastino beati Gregorii pape.

Annotations :

Acte abîmé par l'humidité, mots restitués d'après l'original.

77

1681, 20 juillet

Copie moderne de l'acte selon lequel Haimo Bisordus et son épouse Mahalina ont donné à l'abbaye de Maizières leur corvée de Répant (1175).

A. Original, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166. B. Copie 1681, Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 166.
papier
latin

« Copie collationnée par notaire apostolique du tiltre pour Repan en 1175 »

« Pour Messieurs les religieus de Maizière. Deux pieces communiquées le 23 juillet sans req[?] quil faut repondre incessamment par ce que l'instance est distribuée ».

1175

Anno Incarnationis Dominicae millesimo centesimo septuagesimo quinto, Haimo Bisordus, et Malahina uxor eius pro animabus suis, et antecessorum suorum dederunt Deo, et monachis Sanctae Mariae de Maceriis croatam suam de Répant, et pratum Letaudi, et pratum maioris de Montalia sicut ipse, et fratres eius pro veritate sua disternarunt illud ; concesserunt quoque illis croatam reversatae sicut calumniabantur eam a quercu Girardi usque ad pimum de Morteux, et terram Sancti Stephani sicut ostendere potuerunt demonstratam et designatam sibi a ministris ; concesserunt quoque eis terram Petri Reginae, et pratum fratris Roberti Mainardi de Muressaudo ; huius rei testes sunt hi, Villermus Bisordus monachus Sancti Petri Cabilonensis, Moyses, Stephanus, Robertus, Rainaudus monachi Sanctae Mariae Maceriarum, Hugo de Rispen, Haimericus, et Stephanus de Albiniaco conversi. Artaudus Milmandae, Hugo de Chasul, Villelmus Bisordus militiae praepositus Bisordi magister, Rainaldus, Robertus Gilbertus, Brunellus, Hugo Bernardus frater eius, Hugo Milmandae, et Bartholomeus, et Villelmus nepotes eorum.

Depromptum pro originali restituto requirento domino Benedicto Perdrillon procuratore claustrali abbacie de Maizieres diocesis Cabilonensis per nos notarios regis de Belna commorantes die vigesima mensis iulii anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo primo.

[signatures :] Prouchier [?]. B Perdrillon procureur de Maizières. Durand.

Annotations :

La ponctuation est celle d'origine. Par rapport à l'original, des mots sont manquants. La copie a été faite alors que l'acte original était déjà abîmé.

Dans la marge, devant « croatam suam de Répan » un « hic » a été inscrit. Perdillion a transcrit l'acte original, Prouchier a écrit la phrase de collation. Durand a peut-être écrit l'une des mentions dorsales, mais comparer une signature à du texte est difficile.

Sources et bibliographie

Sources

Originaux :

Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 1 à 346.

Mâcon, AD Saône-et-Loire, H 54 à H 80, H SUP 64 à 72.

Cartulaires :

Dijon, AD Côte-d'Or, 16 H 21, XIV^e siècle (1187-1322). Cartulaire perdu au 09/10/2014.

Paris, BNF, NAF, 8672-8681 (Dijon, AD Côte-d'Or, 1 Mi 474-483) (Stein 2307), XVIII^e siècle (1151-1777). Lien vers la notice du catalogue de la BNF : http://archivesetmanuscrits.bnf.fr/ead.html?id=FRBNFEAD000041590&c=FRBNFEAD000041590_d0e846&qid=sd_x_q3

Bibliographie

Cette bibliographie est classée de la référence la plus récente à la plus ancienne.

2013 - JOUFFRE Pierre-Alexandre, "Beaune : une histoire urbaine du XII^e-XIV^e siècles, l'exemple du temporel de l'abbaye de Maizières", *Recueil des travaux. Centre beaunois d'études historiques*, 31, 2013, p. 43-65.

2013 - JOUFFRE Pierre-Alexandre, *Beaune : bâtir et occuper l'espace en dehors du castrum entre le XII^e et XV^e siècles : d'après l'exemple des possessions de l'abbaye de Maizières*, Dijon, 2013.

2003 - DELANNOY Gérard, *Histoire de l'abbaye de Maizières, du XII^e à la Révolution*, Chalon-sur-Saône, 2003

2000 - DELANNOY Gérard, *Inventaire chronologique des actes de mariages d'après les registres paroissiaux et d'état-civil de l'abbaye de Maizières (1681-1745) et de Saint-Loup de la Salle (1602-1801)*, Mâcon, 2000, 2 vol.

1953 - CHEVANNE Jean-Robert de, "Le site primitif de l'abbaye de Maizières. La paroisse disparue de la Bretennière. Le déplacement général des abbayes cisterciennes en Bourgogne", *Mémoires de la société pour l'histoire du droit et des institutions des anciens pays bourguignons*, 15, 1953, p. 59-64.

1952 - GABIN Étienne, *Histoire de l'abbaye de Maizières et du prieuré de Sermesse (Saône-et-Loire)*, Dole, 1952.

1938 - EDOU J., "Une dépendance de l'abbaye de Maizières : la métairie d'Aubigny", *Mémoires de la société d'histoire et d'archéologie de Chalon-sur-Saône*, 28, 1938, p. 173-191.

1934-1935 - CHEVANNE Jean-Robert de, "Les dépendances de l'abbaye de Maizières", *mémoires de la société d'histoire et d'archéologie de Chalon-sur-Saône*, 18, p. 119-123.

Lien vers la fiche producteur de la base de données CartulR : <http://www.cn-telma.fr/cartulR/producteur330/>